
HYDROGRAPHVM
SPAGYRICVM,

PETRI IOANNIS FABRI,
DOCTORIS MEDICI
MONSPELIENSIS.

IN QVO DE MIRA fontium essentia, origine, & tractatur.





TOLOSÆ TECTOSAGVM,
Apud PETRVM BOSC.

M. DC. XXXIX.

Cum Priuilegio Regis.

A MONSIEVR,

MONSIEVR LE MARQVIS DE LA FLOCELIERE.



ONSIEVR,

Ie serois du tout ingrat, si ayant à la faueur de l'air de la Flocelière, dans *es allées de vos Iardins, & les valons de vos bois con*-*eu & enfanté ce present Oeuure des Fontaines, ie ne* *cognoissois ce bienfait, en vous le dediant & cōsacrant,* *ur memoire eternelle des biens & de l'honneur que* *'y receu dans vostre Maison pendant les années en*-*res, que vous m'y aués retenu. Ie confesse que c'est peu* *chose, eu egard aux faueurs & bienfaicts que i'ay* *u de vous: Toutesfois si ie pouuois dauantage, ie le* *is volontiers, n'ayant autre dessein, que de vous* *ner tout ce que ie possede au monde, des biens im*-*sables que ie tiens de la main de Dieu. C'est le don le* *es sortable pour vostre generosité que ie vous puis* *: Acceptez-le s'il vous plaist, comme venant* *main de celuy qui sera toute sa vie, voire mesme* *sa mort.*

Vostre tres-humble & tres-obeyssant seruiteur, P. FABRE.



NOBILISSIMO AC CLARISSIMO

VIRO, DOMINO,

D. DE LA RIVIERE DE GOVBY.



IN fontem ex quo ortum ducunt, redeunt omnia, Vir clarissime, neque vis vlla, etsi omnium maxima, hunc naturalem ordinem inuertere potis est: diuinus siquidē est, & ab opifice rerū omnium rebus omnibus inditus. Ideò cùm à te solo acceperim quicquid luminis rerum naturalium habere possim, cogit ordo me rerum in hunc redire fontem ex quo scaturiui. Riuus es mihi Riuerane summe, nec ex alio aquæ meæ prodeunt: quare si nonnulli me Riuum esse censeant, te verum fontem perennem habeo. Si verò me fontem, te scaturiginem: si verò scaturiginem, te mare meum fateor & agnosco. Tu mihi tandem sol verus es, à quo lumen quo nitesco in media ipsa humanæ scientiæ nocte, cuius solius influxu surrexit fructus hic, nomine Hydrographum. Iustum ergo & æquum est, tibi priùs offerri, cùm tuus factus sit, & seminium gratum quidem erit; nihil enim ingratum si fortè tuum; tuum certè est, cùm ex dono habeas, in perpetuum amicitiæ nostræ monumentum. Vale.

Tuus ad omnia carissimus amicus,

P. FABER.



INDEX CAPITVM, quæ in hoc Opere continentur.



HYDROGRAPHI SPAGYRICI

Liber Secundus.

DE FONTE CHYMICORVM,

Liber Tertius.

HYDRO-



HYDROGRAPHVM SPAGYRICVM P. IOANNIS FABRI, DOCTORIS MEDICI MONSPELIENSIS.

IN QVO DE MIRA FONTIVM essentia, origine, & virtute tractatur.

FONTES IN GENERE QVID SINT.

CAPVT I.



NON minima eſt difficultas inter Philoſophos, fontes definire: non enim eorũ natura aqua ſimplex eſt, ſed quid ex quatuor elementis adunatum, entelechia mundi roboratum & informatum, in quo cœli & planetarum omnium virtutes & proprietates elucent fortiores & potentiores, quàm in reliquis totius naturæ mixtis. *Aqua fontium non eſt ſimplex aqua.*

Quàm arduum eſt & iudicatu difficilimum in nonnullis fontibus quod elementorum his prædominetur: omnia ſiquidem

elementa ſenſibus manifeſta ſunt, ignis contra naturam & ignis vitæ in ventre ipſius, & in eius occulto ſenſibiliter apparent dum fontes nonnulli ardent: aër in ipſis ex limpiditate ſenſibilis aqua manifeſta, & terra apparens ex craſſitie & pondere eorum.

Omnia elementa fontibus inſunt.

In alijs verò terra & aqua viſibiliter apparent; reliqua verò elementa occulta ſunt, etſi ex eorum ſecundis qualitatibus manifeſtis ſatis appareant, vt claret ex fonte qui perēniter fluit in Aruernia apud Gergouiam, quam vulgo dicimus Clermont, vbi fons ille in curſu & fluxu ſuo lapideſcit, vnde videtur aquam lapideſcere, & lapidem aquam eſſe.

Sunt & alij fontes quos ſalem liquidum eſſe credendum eſt, alios vitriolum purum, alios aurum, alios argentum, alios hydrargyrum, vnà cum aqua profluere, miris virtutibus & ſtupendis inſignita, ad curationē morborum ferè omnium. Sunt verò alij qui mortem, ſeu venenū purum, ſua liquida lympha permixtum habent, & ſi ſuperiores vitam & ſanitatem liquidam fundant ad ſolatium miſerorium hominum, hi morbos & mortem ipſam effundunt; in vindictam impiorum, qui naturæ Creatorē condignis laudibus, & honore non afficiūt, imò creata cuncta & ipſum Creatorem præter aurum & argentum vilipendunt, in horum vindictam aqua quæ communi & conſueto ſuo fluxu vitæ

& ſanitatis fundit ſpiritus, mortis & morborum omnium lethales eructat flatus.

Ex his omnibus colligere poſſumus quantum difficultatis habeat, fontiũ vera, & legitima definitio; non enim aqua ſimplex ſunt, nec ex variarum rerum permixtione liquida conſtant, cùm ſi horum ſcaturigo ſeu fluxus perſequatur, res (quarum naturam, & eſſentiam fontes ſapiũt) non inueniãtur, veluti ſi fontis vitriolacei aurei, vel argentei, ſaliti, vel eiuſmodi naturæ ſcaturigo curſu & fluxu ſuo perſequatur, nec vitriolum, nec aurum, nec argentum, nec ſal, nec reliqua quorum virtutes & eſſentias fontes ſapiunt, reperiuntur, ſed deſinit ſubitò fons, modò locus in quo generatur reperiatur, & repertus mutetur aliquo modo. Ex mutatione enim loci & alteratione eius, in quo fons generatur, & fons illico mutatur, & alteratur, & ſæpe ſæpius deſtruitur & tabeſcit, indicium certum & euidens, fontes in natura enaſci peculiari productiua virtute naturæ ſeminibus rerum multarum immiſſis, hoc eſt ſemine generali rerum omnium implantato, in ipſo materiali fontis ſpermate, quod liquidum elementorum omnium eſt quoddam ſubtile & quaſi ſpirituale corpus entelechia mundi, hoc eſt ſpiritu lucis creatæ impregnatum, & quaſi informatum & actuatum. His ita præmiſſis fontes iam definire licet, Li-

Fontes qui vitriolũ ſapiunt vitriolũ non habent.

Fontes generantur & fiunt in natura.

quidum elementorum omnium ſperma ſpiritu lucis creatæ impręgnatum, & actuatum, cuius ſolius ratione & actione in locis frigidis & humidis, & aliquando in calidis & humidis, ſperma illud liquidum elementorum mutatur in fontem, & fontes efficit varios, ac diuerſos, ex varietate locorum qui mira virtute peculiari ſua, ſperma illud attrahunt, & cùm coquere & digerere nequeant in peculiaria naturæ mixta, attractum indigeſtè, & intactè copioſè effundũt cum virtutibus ſuis & proprietatibus, in eo immiſſis, & innatis, ex ſemine vniuſcuiuſque elementi, & ex ſpiritu lucis qui horum omnium moderator eſt, & gubernator: quo præſente cætera perſiſtunt, quo abſente cuncta corruunt, quo tabeſcente cuncta moriuntur.

Fontes quid ſunt in natura.

Lucis ſpiritus eſt rerũ moderator.

Fontes ergo ſunt ſperma mundi, ſeu ſemen naturæ vniuerſale, indigeſtum, & incoctum, in peculiare aliquod naturæ mixtum, quod varijs naturæ locis ſeu matricibus attractum propter copiam ſuam & abundantiam, in mixtum coagulari non poteſt, & cum à virtute loci coagulari non poſſit, liquidum effluit, & ſic fiunt fontes, rerum naturam habentes, quarum ſpiritus & virtutes introductæ ſunt in ipſum vniuerſale mundi ſperma: immittuntur autem virtutes rerum in ipſum generale naturæ ſemen, ab ſpiritibus cœleſtibus qui perenni fonte, vniuerſale illud ſperma irrigant & irrorant: ſpi-

Quæ via fiant fontes ab ſpiritu mundi.

itus autem cœlestes sunt influxus & radij lanetarum, & stellarum omniū, qui mo-u vero & aspectu variantur & mutantur, c varias virtutes & proprietates in ipsum aturæ vniuersale semen introducunt, & c varia & infinita producuntur in rerum :rie mixta, & fontes varij & diuersi sca-ıriunt in diuersis terræ cauernulis qui ındem foras erumpunt, ex varietate & iuersitate seminis illius generalis, ex va-js influxibus planetarum & stellarum rouenientc, vt toto hoc Tractatulo fusè dmodum demonstrabitur.

Spiritus cœlestes quid sint.

VNDENAM FONTES scaturiant.

CAPVT II.

AQVAM quam cernimus in fluuijs fluminibus, & in mari ipso, non aquā 'ementarem simplicem existimamus, sed :udum & incoctum totius naturæ semen ementorum omnium sperma indige-um, quod vnumquodque naturæ mix-ım captat in alimentū, vt suo naturali & ınato igne lucido & elemento stellarum orrespondēti digeratur, & coquatur, & ɔctum in mixti substantiam conuerta-ır: vnde videmus irroratam terram con-nuo aquarum spiritu fertilem esse, & mnigeno vegetantium animalium &

Aqua fluuiorum & maris quid.

mineralium fœtu prægnantem reperiri, eósque omnes suos fœtus solo illo aquarum spiritu nutrire, fouere, & conseruare: quòd si eos nutriat, foueat, & conseruet tali nectare, eosdem ipsos simili & eodem componere oportet, dum componit semẽ est, dum nutrit & alit, nectar habetur.

Humidũ radicale terræ, semen est & alimentũ rerum omnium.

Quod si fluminum, fluuiorum, & maris ipsius aquam & liquorem, non elementarem aquam existimamus, multò minùs fontium lymphas, aquam elementarem & primigeniam dicemus, quod fontes, flumina, & fluuios, & mare ipsum constituant & componant. Ex perenni fontium scaturigine fluuij & flumina fiunt, hæ aquæ congregantur in vnum & maria constituunt: maria siquidem nihil aliud sunt quàm aquæ in vnum congregatæ, sed hæ aquæ non sunt simplices, & elementariæ, sed compositæ, & ex omnibus elementis constitutæ, & entelechia, quæ est spiritus lucis, mouens totam naturam, & eius elementa, quæ nunquam fuerunt inuicem separata, sed simul coniuncta ad rerum omnium productionem.

Aqua fluminũ & maris & fontium non est aqua simplex & elementaris.

Entelechia quid sit.

Massa siquidem elementorum omnium & entelechiæ quæ in principio ex nihili fonte per creationẽ diuinam educta fuit, tantũ in quatuor partes principales diuisa fuit; subtiliorem cœlum dicimus, minus subtilem aërem, tertiam Aquam, quartam omnium crassiorem terram appellamus, sed in his omnibus massæ pri-

Diuisio entelechiæ.

mæ partibus insunt & quatuor elementa, & entelechia simul permixta & vnita adinuicem, ita vt in singulis singula reperiantur.

Quòd si fontes ex terra scaturire videantur, non inde arguendum est fontes originem habere ex aqua primigenia & elementari quæ terræ permixta & innata est, quia aëri & igni vitali qui etiam terræ naturaliter insunt, hoc etiam debetur; non enim elementis hoc condonandum, quia materiæ primæ, & massæ primigeniæ redolent naturā, quæ omnino passiua est, & nullo modo ex se productiua, nisi beneficio formæ suæ, siue entelechiæ, ex qua sola prodeunt actiones productiuæ & efficaces, elementa sola præbent materiam ex qua entelechia siue forma generalis vniuersi, quæ est, motiua totius naturæ, fingit & cōponit, quicquid fingi & componi potest. Itaque etsi fontes ex terra scaturiant, non ex terra solùm & aqua, sed ex omnibus elementis emanari asserendum est, Entelechiæ virtute & efficacia, quæ sola mouet elementa ad generationem & productionem rerum omnium, eáque disponit ad hanc, vel illam generationem secundùm peculiarem & particularem spiritus lucis particularis energiam, quæ ex singulis stellis firmamenti descendit, & peculiariter elementa disponit ad hanc vel illam generationem, vnà cum entelechia illa generali, vi motiua totius vniuersi,

Ex entelechia virtutes motiua & actiua sunt.

Entelechia mouet elementa ad actionem.

ita vt, cùm fontes producuntur vbicumque producantur, elementa omnia præbent materiam. Entelechia illa generalis mouet ipsa ad productionem spiritus cœlestis qui sunt eiusdem generis cum entelechia, disponunt particulariter ipsa elementa ad hanc vel illam fontis productionem, secundùm particularem spiritus cœlestis energiam, quæ ad fontis huius productionem elementa cuncta, & entelechiam ipsam compulit.

Fõtes sunt naturæ mixta. Nec de fontibus aliter disputãdũ, quàm de cæteris naturæ mixtis: mixta enim vera sunt in rerum serie fontes omnes, quicunque sunt, & verum naturæ semen indigestum & incoctum, vt Capite superiori probauimus: hoc autem semen ex solis elementis, vi, & energia entelechię & spirituum particularium stellarum firmamẽti planetarum ortum habere potest, non ex mari, non ex aëre, vti sequenti Capite clarissimè disputabitur, vt fontium omnium certam originem habeamus, nec in ancipiti dubitationis biuio, ampliùs hęreamus.

FONTES NEC EX MARI, NEC EX aëre, vllo pacto prodire possunt.

CAPVT III.

Rationes cur fontes MIROR omnino, & hac admiratione quasi stupesco, cur omnes Philoso-

phi, vel ex mari, vel ex aëre fontes, omnes originem habere dixerint: nam terra cùm altior & sublimior mari sit vt arida appareat super aquas, impossibile est, fontes ex mari inferiori, scaturire super terram superiorem: aqua siquidem non ascendit altiùs loco, & scaturigine sua proprja & originali, aut rerum hydraulicarum leges falsæ sunt omnes. Quòd si ordine naturali terra sit inferior cæteris omnibus elementis, lege tamen & statuto diuino facta est sublimior & altior mari ipso, vt super mare arida & sicca ad commoditatem animantium appareret, ita vt aqua maris terræ montes præaltos penetrare nequeat vt fontes ibi excitet, aut si excitat cur non tota & vniuersa terra fontibus scatet? qum mare vndiquaque terram præcingat, cur non perenniter fluunt omnes, si perennem habeant causam materialem & efficientem, nunquam enim deficit mare, nec item aër: fontes itidem nunquam deficerent præsenti & constanti eorum causa: at sæpe sæpius mense Iulio & Augusti deficiunt, cùm tamen mare hisce in mensibus, ac etiam aër, æqualem habeant agendi potentiam, imo fortiorem. ac in cæteris anni temporibus: sunt tamen alij fontes qui tota æstate fluunt, & hyeme verò siccescunt, quòd causa eorum efficiens hyeme vigeat, æstate verò tabescat: causa verò tabescente & fere desinente, desinunt, aut saltem tabescunt

non ex mari oriantur.

Cur terra sit altior aqua.

nonnulli fontes, id autem fieri posse non existimo, si mare vel aër, fontium omniū essent materiales & efficientes causæ, cùm floreant & vigeant semper hæ causæ, nec earum virtus, & potestas vnquam desinat aut tabescat: nec huius opinionis fundamentum, quòd fontes omnes ex mari fluant stabiliri potest, sacro illo Ecclesiastis testimonio: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Flumina reuertuntur vnde exeunt, vt iterum fluant: quia hæc verba non ita facilè intelliguntur, vt quisquis capere possit: flumina enim non exeunt ex mari; nam si exirent, mare redundaret, & tamen non redundat, etsi flumina cunctà in mare intrent, tendunt quidem ad mare, vt reuertantur vnde exeunt, vt iterum fluant; non enim exeunt ex loco reali & materiali in quem tendunt visibiliter, sed exeunt ex loco reali & materiali in quem inuisibiliter tendunt vt iterunt fluant.

Quo modo interpretandus est Ecclesiastes de fontium origine.

Quamuis autem visibiliter ad mare tendant, non eò tendunt tanquam ad vltima principia ex quibus originem habuerunt, sed ad mare tendunt, vt inibi resoluantur in principia sua, ex quibus oportet vt iterum fluant.

Et sic verè interpretādus est Ecclesiastes, flumina reuertuntur vnde exeunt vt iterunt fluant, hoc est flumina & fontes omnes redeunt in principia sua, vt iterum fluere possint: mare autem non est princi-

pium fluminum & fontium, cùm omne principium cuiuscumque rei sit inuisibile, & distinguatur ac differat, ab ipsa re quam producit. Tendunt autem res omnes vt & flumina & fontes versus principia sua, vt iterum de nouo fiant, quia alioquin fieri non possent; oportet enim vt corrumpantur, vt inde generentur: corrumpuntur autem visibiliter & in corruptione sua redeunt in principia sua, ex quibus solis inuisibiliter fiunt.

Si hæc reductio rerum omnium non fieret, oporteret necessariò Deum quotidie principia rerum creare debere, cùm principia rerum indesinenter, rerum compositiones & mixtiones ingrediantur. Si itaque mixta & composita non resoluerentur in principia, & principijs quotidie & assiduè vteretur natura, in rerum compositione, principiorũ prõptuariũ tandem exhauriretur, vnde oporteret creari principia; nihil autẽ creari in prȩsentiarũ rerum naturalium, fide dignũ habemus, sed quæ fiunt ex his quæ creata sunt per alterationem & corruptionem fieri oportet.

Mare non est principium fontium.

Mare ergo non potest esse principium fontium & fluminum, cùm principium differre debeat à re principiata; mare autem essentialiter non differt ab aqua fontium & fluminum, cùm mare sit congregatio aquarum, fontium, & fluminum, itaque esset principium sui ipsius, si principium esset fontium, cùm fontes mare con-

stituant, si iterum mare fontes constitueret, esset verè principium sui ipsius, quod in rebus naturalibus est absurdum.

Fontes non ex aëre fiunt.

Nec item ex aëre originem ducere possunt, ex aëre scilicet simplici & solo, sed ex spiritu vitæ qui in aëre ipso residet & stabulatur, vt hinc reliqua elementa permeet, & in ipsis generationes producat: Aër (vt & reliqua elementa) est quid simplex, nec quicquam generare potest nisi misceatur, cum reliquis elementis, miscetur autē perfectè in ipso vitæ spiritu, cum reliquis elementis, & in ipso solo spiritu generationes omnes constituit, & perinde fontium omnium.

Qua via fontes ex aëre dependeant.

Nihilominus tamen qui fontium originem ex aëre duxerunt, veniâ digni sunt; cum aër sit matrix & vterus præcipuùs illius vniuersalis spiritus, qui est fontium principium, & aquarū omnium scaturigo, & perinde aliqua ratione asserere potuerunt fontes ex aëre scaturire, cùm in vtero eius producantur, non tamen ex eius materia fluunt, sed ex materia & substantia vniuersalis spiritus, qui ex omnibus elementis & luce constat; quique in locis particularibus tanquam in vteris peculiariter dispositis fontes & aquas producit, cum ex frigiditate loci, & humiditate, aliud producere nequeat.

Fabula Panis explicatio.

Poëtæ antiqui hanc fontium productionem nobis insimularunt sub ænigmate fabulæ, qua finxerunt Pana suum in

pluuiam, in fluuium, in fontem, in ignem, in fulmen & tonitru, se permutare solitum.

Pan autem iste nihil aliud esse potest, quàm spiritus vniuersi, & mercurius vitæ qui toti elementorum massæ diffusus totam massam agitat, & mouet, ac rerum omnium productionem in elementis excitat: quocirca Pan dicitur cùm omnia producat, & verè ab ipso ducant originē, unde non immeritò fontes ab ipso originem ducere non dubitandum, cùm in rerum serie nihil aliud reperiatur præter hunc mundi & naturæ spiritum, generationum omnium authorem; nam sola elementa nihil producunt, nisi vi illâ motrice totius naturæ actuentur & informentur, quæ ab ipsis elementorum formis distingui necesse est, vt diffusè admodum disputamus in Panchymico nostro in lucem breui daturi.

Pan quid sit apud antiquos.

Hic est ille naturæ spiritus qui fontes producit ex materia elementorum, in ipsa quidem scaturigine & principio fontis, nihil reperitur, quàm dura silex, aut continua cautes, vbi spiritus ille generalis miscet elementa, & mouet ad generationem fontis, tanquam in matrice & peculiari loco ad hanc generationem idoneo. Silices enim & cautes, non possunt producere fontes, cum habeāt dissimilē ac dissonam a fonte naturā. At solus est ille spiritus, qui terrā penetrat omnem, ibiq; in semen

Naturæ spiritus fontes producit.

Spiritus naturæ semen est ...

turæ quo omnia fiunt.

generale rerum omnium mutatur, quod semen aqueum esse oportet, potius quàm igneũ, aëreum vel terreũ, vnde terra cùm sit matrix & vterus illius seminis, est tota prægnans & turgens vbiq; locorum semine illo aqueo, & vbi caret illo, sterilis & infertilis habetur; nec terram fertilem vllam habere possumus, nisi humore turgentem: humor autem ille, quo turget terra ad res omnes producendas nutriendas & conseruandas, non est aqua elementaris simplex, sed est spiritus ille vniuersi, qui antequam generationes & productiones naturales incipiat, mutatur in humorem illum halituosum, vt experientia clarum habemus in ipsismet rerum omnium productionibus, quarum semina & principia, aquea sunt potius, quàm ignea, aërea, vel terrea: vnde Philosophi omnes antiqui, aquam rerum omnium fecerunt principium, quia spiritus ille vniuersi qui per totos naturæ artus diffusus, totam agitat naturæ molem, aqueam induit indolem, vt vitales microcosmici spiritus qui verè halituosi & aquei sunt.

Humor est causa fertilitatis & qualis est.

Cur antiqui fecerint aquã verũ omnium principium.

Concludamus ergo fontes omnes, & aquarum scaturigines, ab spiritu illo prouenire & dimanare, non ex mari, non ex aëre, nec ex vlla alia re naturali, quàm ex solo illo spiritu, qui vapores & halitus producit omnes, ex quibus, pluuia, ros, nix, grando, quotidie fiunt ad irrigandam terram. vt irriguis superiori-

Fontes omnes & aquæ producuntur ab spiritu mundi.

ous, ac fontibus fecundetur, veluti in-
erioribus & internis madesit, ne tabescat,
quæ ex resolutione maris per calorem
entralem ortum habent.

...NDENAM VIRTVS, ET *proprietas fontium proueniat.*

CAPVT IIII.

...REDVNT fere omnes, ratúmque existimãt fontium proprietates & vir-ates prouenire ex mixtione & infusione erũ, quæ miscẽtur aquis, quæ fontes con-ituũt, verbi gratia fontes qui fodinas fet-eas percurrũt ferri naturam redolere; qui itriolũ verò lambent, qui salis, qui auri & gẽnti, & plũbi interiores & occultos lo-os generationis harũ rerum prçterlabun-ır, harũ rerum sapere naturam & proprie-atem; ita vt existiment fontes nihil aliud abere virtutis, quàm rerum, quæ miscen-ır actu, & substantialiter ipsis fontium quis, totámq; fontium virtutẽ depende- ex mineralibus & metallicis rebus quæ erræ penitissimis visceribus innascuntur. Nos altiùs naturã fontium indagamus, eorum virtutem profũdiùs inquirimus iàm ex sola illa mineralium mixtione ıæ si foret, verè & facili via, chymica te extrahi ac separari ex fontium aquis

Vndenam virtus fontium.

Virtus fontium nõ dependet ex mineralibus.

poſſet, at nullus Chimicorum adhuc hanc ſeparationem adinuenire potuit; nam diſtillatis aquis quacumque arte ex nonnullis fontibus infinitarum quaſi virtutum, nihil repertum eſt in fundo diſtillationis, prçterquam limus, & terra quædam craſſa, & feculenta nullius virtutis & efficaciæ: at quicquid eſt in fonte virtutis, cum ipſa aqua diſtillata tranſijt, & euaporarum eſt vnà cum ipſa aqua, quæ ſurſum calore diſtillata eſt, quod tamen aliter omnino ſuccederet, ſi fontium virtutes ex mineralibus dependerent: nam mineralia cuncta, cùm partes habeant terreſtres & ſiccas, fixas habent adeò firmas & cõſtantes, vt euaporari nequeant quacumque ignis violentia; vt claret ex liquatione & fuſione metallorum & calcinatione ipſa rerum fere omnium mineralium, quæ conſtantem, ac firmam, ſeu fixam conſeruant ſuam naturam & proprietatem, in medijs ipſis ignibus, quantumuis maximis ac fortibus: ſimplici tamen diſtillatione quãuis leuiſſimo ac tenuiſſimo igne celebrata, evaporat, ac ſurſum euehitur vnà cum aqua, tota virtus fontis; quod tamen minimè contingeret, ſi ex mixtione rerum mineralium dependeret fontium virtus, plus eſſet virtutis in magmate & fece diſtillationis, quàm in ipſa aqua diſtillata; quia mineralia fixa ſunt & conſtãtem habent naturam prçcipuè metalla cuncta, & mineraliá quæ ſalis naturam obtinent

mineralia cuncta partes habent fixas.

obtinent quæ ea ratione, in fundo potius remaneret eorum ſubſtantia & perinde plus virtutis obtinerent feces & magnata diſtillationum, quàm ipſa aqua diſtillata, quæ tamen ſola, totam retinet & ſapit fontis proprietatem.

Hinc omnino claret fontium virtutes & proprietates, adhęrere ſubſtantię volatili & facilis euaporationis, cùm faciliter euaporet ac ſurſum feratur, etiam abſque igne vllo, ſolo interno & innato fontis ipſius calore, eáque ratione eſſe igneæ & ætthereæ cuiuſdam ſubſtantiæ quæ mineralibus repugnat & metallis quæ terream & aqueam, igneæ & æthereæ contrariam solùm redolent naturam: vnde certum & clarum ſat eſt fontium virtutes ex mixtione mineralium non dependere; nihilominus in quibuſdam fontibus ſæpiſſime mineralia permiſcentur, in his etiam mineralia quę mixta ſunt ipſi fonti, reperiuntur, dum eorum aqua per diſtillationem aut euaporationem ſurſum fertur vſque ad conſumptionem & exſiccationem ipſius aquæ.

Virtus fontium eſt volatilis & ętherea.

Contingit etiam ſæpiſſime reperiri fontes quamplurimos in quibus reperitur virtus & proprietas mineralium quorumdam, abſque vlla ſubſtantia mineralis, cuius virtutes manifeſtæ ſunt in ipſa fontis aqua, quo ſolo naturæ myſterio falluntur quamplurimi Philoſophorum, exiſtimātes, mineralis ſubſtantiam & mu-

Reperitur virtus mineralis in fontibus abſque vllo minerali.

teriam in fonte illo reperiri,cum eius virtus & proprietas in ipſo fonte reperiatur, nullo pacto cogitantes virtutes rerum omnium trāſplantari poſſe, abſque earum naturali & innato corpore: verbi gratia virtus vitrioli ſulphuris, antimonij, & poteſt reperiri tranſplantatione in planta, in arbore, in fonte aliquo, abſque harum rerum materiali corpore. ſolo harum rerum ſpiritu naturali, ac ſeminali, qui corpora rerum omnium faciliter penetrat, & aliquandiu his corporibus adhæret, & virtutes ſuas in ipſis oſtendit ac manifeſtat. In his aſſerere poſſumus virtutem mineralium adeſſe, quamuis eorum corpora materialia abſint quod mineralium adſint ſpiritus ſeminales, qui potentiſſimas & efficaciſſimas cōtinent mineralium proprietates.

At cùm virtutes & proprietates fontium ſuperant & vincunt virtutes mineralium, nulláſque mineralium redolent qualitates, vndenām virtutes horum fontium dependere dicemus? Aſſeruimus multis in locis operum noſtrorum ex authoritate Chymicorum: omnium ſubſtātiam dari ſpiritualem, quam Ariſtoteles Entelechiam dixit, Plato animam mundi, Pythagoras ſpiritum vniuerſi, Virgilius mentem, Zoroaſtes Deum terreſtrē, Hippocrates δύναμιν, Galenus ſubſtantiam facultatum & virtutum: quam Chymici fere omnes totum occupare mundum, ac

Nomina varia ſpiritus mundi.

niuersum replere orbem asseruerunt, & ab ea generationes omnes & corruptiones dependere, & virtutes rerum omnium ab ipsa sola & vnica substantia spirituali effluere miris edocuerunt modis: nos etiam in hoc fontium Tractatu, cum ipsis chymicæ artis coryphęis, asserimus virtutes & proprietates fontium omnium ab ipsa etiam sola spirituali totius vniuersi substantia effluere debere, ipsámque solam esse fontium omnium matrem, ac productricem, qua sola fluunt super terram, qua virtutes mineralium & metallorum in ipsis fontium aquis manifestæ fiunt, qua in nonnullis plantarum & arborum vires elucescunt, secundum variam principi; istius dispositionem, quod nunc has, nunc illas promit ex sinu suo virtutes, & corporibus & mixtis suis dat manifestas, ex sola spirituum seminalium virtute & copia, quæ in ipso spiritu generali turget & abundat, húncque spiritum generalem variè disponunt secundùm naturalem spirituum particularium scopum, & inclinationem innatam. Hi autem spiritus particulares spiritus ipsius vniuersi sunt dona & virtutes innatæ, ipsiusmet spiritus generalis, quod Capite sequenti clarè admodum docebimus & ostendemus.

Fontium omnium virtutes vnde.

Spiritus mundi qualitates & dona.

VNDENAM VIRTVS VEGEtantium & mineralium, quæ in nonnullis reperitur fontibus exoriatur,

CAPVT V.

Fontes virtutē vegetatiuā habentes & mineralem.

MIRVM ac stupendum est naturæ arcanum fontes reperiri qui vegetantium & mineralium sequantur virtutes, nullis vegetantium & mineralium corporibus & substantijs materialibus, in ipsis fontibus repertis, quæ sensibus saltem communibus obueniant. Hoc naturæ sacrum & occultum dedit ansam inquirendi, vndénam hæc virtus adeò spiritualis & tenuis fontibus communicari possit, vt nulla arte chymica quamtumuis subtili ab ipsis aquis separari queat, vt palpabilis & visibilis fiat.

Principium vegetantiū & mineraliū in aqua latet.

Quamplurimi Philosophorum grauissimorum cum veritate testati sunt, principium seminale vegetantium omnium, & mineralium, aquæ infusum esse, & seminatum, vnde aqua nutriri vegetantia cuncta & mineralia, eaque desinente, ea cuncta perire ac desinere: quod si verum illud sit vt de veritate ipsius nullo pacto dubitandum est, verissimū etiam erit, aquam componere vegetantia & mineralia omnia, cùm ex Aristotele & Hippocrate ipso ex ijsdem componantur res, ex quibus

utriuntur; nutriuntur autem vegetantia
: mineralia cũcta liquore illo quem aquã
icimus nos, etsi non sit aqua, sed se-
iinale principium vegetantium & mi-
eralium aquæ tantùm redolens humi-
ım qualitatem & non substantiam

Cùm ergo aqua hæc, vegetantia & mi-
:ralia componat & faciat, vegetantium
mineralium virtutes habere oportet:
ım vt vegetãtibus ac mineralibus com-
unicare queat, eas possideat priùs neces-
est, nemo siquidem dare potest, quod
ɔn habet.

Habet autem virtutes & proprietates
getantium & mineralium omnium ex
ninali illo principio, quod est spiritus
ındi, quo imprægnatur aqua, qua tota
vniuersa terra delibuta est, quæque
guis totius terræ habetur; nam vt san-
is in microcosmo per omnes microcos-
partes defertur, vt spiritum nutritiuum
:onseruatiuum omnibus communicet
tjbus, sic & aqua per omnes terræ par-
defertur vt spiritum suum innatum,
ım omnium alimentum, omnibus de-
ıt rebus, quæ terræ insunt, eóque
nt, vt componantur, nutriantur, & con-
ıentur.

Vnde nã aqua vegetatiuas & minerales habeat virtutes.

õponuntur autem, nutriuntur, & con-
ıantur res omnes spiritu illo generali
aquæ potissimum inest, quique virtu-
ɔmnes eminenter in se concıudit, qui-
, vt generationes, & nutritiones, & con-

ſeruationes rerum efficere queat naturali & innata ſua inclinatione ad aquæ formam tendit, vnde fiunt fontes vti ſuperiùs diximus: Quique cùm à tali ſpiritu dependeat ſubſtãtialiter, ſi hic ſpiritus virtutes minerales & vegetales habeat: & fontes etiam ab eodem ſpiritu poſſidere tales virtutes aſſerendũ eſt. nam quãuis in fontibus non adſint corpora mineralium & vegetantium, nihil refert, cùm virtutes & proprietates mineralium & vegetantium in ſemine ſpirituali eorum perſiſtere poſſint, quod quidem ſemen fontibus quamplurimis ineſſe & reperiri aſſerimus: vnde ſæpiſſime actuatur, hoc eſt corpus ſuſcipit verum & reale, ſuum proprium & innatum, in ipſo fontis curſu: hinc plantas & mineralia noua cernimus in medijs ipſis fontibus enaſci ac produci; quæ tamen antea non aderant: ratio in promptu eſt, quòd ſemen rerum harum quod inuiſibile erat & occultabatur in ipſa fontis aqua ſucceſſu temporis pedetentim corpus ſuum ſuſcipit, & induit; tendit enim ſemen rei cuiuſque ſponte & natura ſua ad corpus materiale inducẽdum, vt fortius perſiſtat & duret in rerum ſerie.

Vnde plantę & mineralia enaſcũtur in fontibus nonnullis.

Semen cuiuſcũque rei etſi ſpirituale tẽdit ad corporificationẽ naturali ſponte.

Sic fodinæ multæ in terræ cauernulis, & profundis ſilicum antris adinueniuntur, & manifeſtæ fiunt, quæ tamen antea non aderant, nec illarum vllum apparebat rudimentum; at tantùm aqua ſola ſimplex

auernas illas occupabat, quæ successu temporis coctione interna suimetipsius mouentibus astris, facta est minera seu fodina alicuius mineralis, secundùm spiritum seu seminalem virtutem. quæ ipsi inerat aquæ; quod dilucidiùs multò agitabimus, dum fontes particulares inquiremus.

Concludamus igitur virtutem mineralem & vegetabilem, quam sæpissime miramur in fontibus, ex spiritu vniuersali descendere, qui in fontibus omnibus reperitur. Quod si in omnibus non appareat & manifesta fiat hec virtus, cùm tamen in spiritu illo vniuersali semper reperiatur, & sic omnibus adsit fontibus; ratio est, quòd hæc virtus in omnibus fontibus actuari non possit, cùm adsint aliæ hac potentiores, quę hanc in sinu ipsius spiritus occultam, et in silentio tenent, donec virtus et potentia hæc abeat et transeat: alia verò occulta exsurgat, et manifesta fiat, et sic generatio vnius est corruptio alterius, in ipsomet spiritus generalis cãpo.

Virtus mineralis, & vegetabilis in fõtibus ab spiritu mundi depẽdet.

Nec mirandum est, quòd hęc virtus mineralis & vegetabilis in fontibus reperiatur potentior & efficacior, quàm in ipsismet mineralibus, quòd hæc virtus in fontibus spiritualis sit & seminalis, in mineralibus verò corporalis est, & omnino materialis: semen autem & spiritus seminis potentiorem habet agẽdi energiam quàm ipsum seminis corpus: nam tota seminis

Semen potẽtius agit quã corpus à semine productum.

virtus in corpore tanquam in carcere clauditur ne pereat, in semine verò ab omni vinculo libera est, & vndique agit & virtutes eius profusè admodum vndiquaque elucent.

Multò minùs admirari debemus in fontibus hanc mineralium, & vegetantium reperiri naturam & energiam, cùm & in ipso aëre etiam eamdem reperiamus; nam in ipsis altissimis turrium cacuminibus enascuntur plantæ & flores multi, absque vllo semine visibili huc asportato, & cum pluuijs & tonitru cernimus decidere in terras metalla, & lapides; quod fieri non posset, nisi hæc virtus mineralis & vegetabilis vbicumque, per totum vniuersum naturæ orbem spargeretur spiritu illo generali, qui totam agitat naturæ molem, & omnes generationes & productiones vbique tentat, modò locum dispositum & aptum adinueniat ad hanc vel illam productionem. Locum autem disponit ipse spiritus innata & connaturali sua virtute; imò sæpissime substantia ipsiusmet spiritus est sibimetipsi locus in quo generationes & rerum productiones elucescunt ex media ipsa spiritus generalis substantia, nulla habita ratione matricis, aut loci, quia in quocumque loco sæpissime quælibet possunt excitari mineralium & vegetantium productiones, vt ipsamet experientia clarum & manifestum habemus.

Vndenā lapides & metalla ex aëre decidant.

In quolibet loco quodlibet potest generari, & quare.

'NDENAM VIRTVS ILLA animalis quæ fontibus inest, mutans folia arborum in aues, dependeat,

CAPVT VI.

HISTORICORVM quamplurimi asserunt fontes & riuos esse in quo-um alueos, si decidant folia arborum & antarum, quæ inibi insunt prope eorum pas, mutari in aues, fabulam reputant onnulli: At ego cùm non viderim hoc turæ mirum testis oculatus id asserere on possum; nihilominus id fieri posse ra-onibus multis comprobari potest, præ-r authoritatem eorum omnium qui ad sulas Orcades nauigarũt, insulas Scotiæ ersus Septemtrionem. His in insulis asse-int se vidisse fontem & riuum in cuius ueum, si decidant folia arborum quæ in-nt ripis huius fluuij, aues fieri quæ ana-s naturam imitantur.

Rationes cur folia arborum animalia fieri possunt.

Hoc naturæ mirum quamplurimi ri-:nt, & credere nequeunt. Attamen quo-nnis singulis vernis temporibus vbique corum id fieri contingit; nam ex flo-ous scabiosæ, & aliarum fere omnium antarum folijs dum decidunt, & rore adefaciente putrescunt, ex illa putredine rgunt papiliones, varij coloris secun-um variam diuersitatem florum qui in

pratis putrescunt humido roris liquore qui flores illos & folia alterat & mutat in papiliones, qui verè animalia sunt, & in volucrum genere & numero colliocari possunt.

Scarabæi & Cantharides vnde fiunt.

Scarabæos & Cantharides non admiramur;hi tamen generantur ex stercore boum, quod nihil aliud est, quàm recremẽtum plantarum, quas boues ederunt: hæ verò ex folijs fraxini producuntur: hæc animalia verè generantur ex folijs arborum: & quia in nostris regionibus id fit fere quotannis, non eas miramur mutationes, ex eo quòd soleant fieri in terris nostris; simili prorsus ratione ac in Orcadibus insulis, non tamen ita prægrandes fiunt volucres ex folijs arborũ, & plantarum ac in insulis his: varietas & diuersitas tamen non ita auget naturæ mirum illud, quin facili negotio credi possit.

Si nomina & species arborum & plantarum cognoscerem, & species scirem volucrum quę inde in his insulis generantur, sinè dubio sympathiam summam inuenirem inter has volucres & plantas illas, & qua ratione ex morte & putrefactione, harum volucrum fiunt arbores illæ quæ ripas illas huiusce fontis viridantibus folijs exornant; dum enim putrescunt & moriuntur volucres illæ, tota eorum materia resoluitur in puluerem, qui facili negotio impręgnatur, vegetabili harum ar-

iorum spiritu mediante, illa aqua quæ urget hisce spiritib⁹, vnde facili via exsurgunt arbores illæ, quæ deinde etiam dum putrescunt, materia earum arborum facili etiā via potest imprægnari spiritu animali, harum volucrum: & sic iterum ex arboribus illis fieri volucres; iteratis inuicem vicibus nūc volucres, nunc arbores esse. Cœlū ibi adest peculiariter influens, & materiam illam ita disponens cum spiritu suo vniuersali, qui has metamorphoses agitat, & mouet. Vnde nullo pacto dubitandum censemus, hoc naturæ mirū in his insulis possibile esse, & fieri beneficio spiritus generalis totius naturæ, qui materiam arborum inibi putrentem peculiariter disponit ad formam harum volucrum suscipiendam, introductis spiritibus harum volucrum in ipsam eamdem materiam ab eodem spiritu generali, qui hos spiritus introducit, tanquam perfectiores multò, quàm spiritus arborum: materia appetit formam nobiliorem, & ideò ad putrefactionem vergit, vt mutet formam quam habet, & inueniat aliam, qua vt recenter introducta gaudeat aliquādiu. Postremò tandem eam ipsam fastidire videtur, vnde per putrefactionem eam reijcit, aliámque per generationem induit nouam ac recentem, & sic per iteratas vices, varijs informatur & actuatur formis, beneficio spiritus vniuersi, qui solus mutationes illas in materia agitat & mouet.

Datur circulatio quarumdam arborū & animaliū vt inter se mutentur, hoc est arbores possunt fieri aues, & aues possunt fieri arbores.

Virtus qua folia arborum mutatur in volucres vnde fit in fontib⁹.

Concludamus ergo facultatem illam animalem quam cernimus in fontibus nonnullis, (in quibus quicquid decidit vegetantis arboris vel plantæ, mutatur & transit in volucrum genus) fieri ac dependere ab spiritu generali illo totius naturæ, qui materiam hanc vegetantem resoluendo, & putrefaciendo, peculiariter disponit ad volucrum formam suscipiendam, introductis in hanc ipsam materiam dispositionibus particularibus formæ huius volucris, vti dictum superiùs est.

VNDENAM VENENVM IN fontibus venenosis exurgat,

CAPVT VII.

NEMO miratur, at fere contemnunt omnes venenum, quod in fontibus reperitur, nec scire curant vndénam eius scaturigo proueniat; cùm tamen arcanorum naturæ scrutatores summopere mirari debeant venenum in fontibus reperiri, cum ipsi sint, qui nobis, & naturæ vniuersali vitalis spiritus plus communicent, quàm reliquæ mundi partes, quas elementa dicimus, & tamen venenum in his reperiri fontibus valde mirũ est, cùm bonum & malum ex eodem scaturire fonte summum sit naturæ arcanum.

Fieri ne potest, ab ipso & eodem elemento quod nobis vitam, & rebus cæteris

mpartit, mortem etiam impertiri; & in
psum liquidum elementum effusam fuis-
e Pandoræ pyxidem, & vasa boni & ma-
i quę lateribus Iouis astabāt huic liquido
lemento, diffusa fuisse? nam verissimum
st vitam illi infusam esse qua viuimus &
ua viuit omnis creatura; quæ quidem
ita verum bonum est naturale: certum
tiam est in eodem ipso elemēto mortem
iesse, quæ quidem summū malum est in
erum natura: sic vasa illa boni & mali
uæ lateribus Iouis astabant cernimus &
xperimur in fontibus effusa fuisse. Vita
ua ratione descendat radij cœlestes nobis
int testimonio; mors verò qua peculiari
ia introducatur altiùs est inquirendum.

Fontes siquidem vidi in ipsis Pyrenæis
iontibus & alibi passim, qui solo potu
ebres intermittentes excitant, alios qui
iortem ipsam inferunt, alios, qui mor-
os maximos difficilis curationis progi-
nunt; vndénam autem venenum hoc
morbosum illud scaturiat in fontibus,
on enim ex elementis, non ex ente-
chia, seu spiritu mundi, non ex materia
ima, nec ex eius forma generali ortum
abere potest; hæc enim omnia vitam no-
is procurant, & perinde venenum ex-
nguūt tanquam vitæ contrarium. Quid
go in rerum natura est, quod venenum
lud progignat? Excrementum naturæ,
ons est & scaturigo veneni huius, quod
ualecumque, sit ex solo & vnico hoc fon-

Vndenā venenū in fontibus.

te scaturire asserimus hęc excrementa naturalia cùm penitissimis totius naturæ partibus insint vitam etiam naturalem interturbant, & illi perpetuum bellum indicunt, tanquam intimi & intestini hostes: hinc exsurgunt venenorum omnium species, & morborum genera, secundùm varietatem excrementorum quæ in varijs rerum naturalium generibus reperiuntur.

Et cùm varia sint illa genera, varia etiam & distincta reperiuntur excrementa, materialia seu corporalia, & spiritualia seu tenuia & subtilia, quæ vitam vniuersalem totius naturæ, hoc est materiam & substantiā illam, qua vtitur natura ad vitā producendam, vitiant & contaminant. Et hæc sunt Realgaria omnia, accenica, auripigmenta, tum spiritualia, tum corporalia quæ omnia liquido nostro fontium liquori possunt introduci & vera permisceri, cùm spiritus venenati excrementorum naturalium totam naturam penetrent, & permeent, fontésq; nõnullos inquinent suis spiritibus mortiferis. Non inquinant autē omnes fontes, quia spiritus ille mortiferus paucus & debilis in nonnullis locis reperitur, & sæpissime non est mortiferus, etsi sit excremētosus; nō enim excrementum omne ratione excrementi mortiferum est, sed ratione paucitatis luminis vitalis, quod ratione suæ substantiæ venenatam omnem vim corrigit, & ad facultates vitales quantum potest condu-

Spiritus venenati possūt admisceri fontibus.

Omne excrementum non est venenatum.

:it,vnde excrementa multa ſunt quæ nullam veneni vim obtinent, quia ratione vitalis luminis quo turgent venenatam illam facultatem habere non poſſunt, cùm ſubſtantia vitæ, quæ eſt luminoſus ille ſpiritus mortem ſemper corrigat & obtundat, ne vim ſuã exercere queat, vt in Olympico ſpagyrico & Panchymico noſtro fusè admodum probauimus.

Subſtantia vitalis corrigit venenum.

Concludamus ergo venenum omne, morboſum & mortiferum, quod reperitur in nonnullis fontibus, ex ſpiritualibus, & corporalibus veneni ſubſtantijs oriri, quæ ex excrementis naturæ proueniunt. Naturæ quidem pura ſubſtantia tota vitalis eſt, & ad vitam tendit; excrementum verò naturæ mortis eſt, vnde veneni qualitates & facultates induere poteſt, ſi lumen illud vitæ totaliter ſeparetur ab ipſo excremento, tunc temporis excremẽtum illud naturæ venenũ eſt; vnde cùm interius generentur & progignantur metalla & mineralia, quæ turgent excrementis quammaximis, cùm terra ſit maſſæ primæ fere excrementum quammaximũ, non poſſunt quæ fiunt in terra, & inter media totius naturę excrementa, ita exſpoliari neceſſarijs excrementis, quin adhuc ſuperſint quamplurima illius maſſæ primæ excrementa, & quæ vim ſuam exercere debeant, quæ cùm vitalis eſſe nequeat, mortis eſſe oporteat. Sic fontes cùm progignantur in medijs terræ cauernis

Venenũ in fontibus vnde.

Terra eſt maſſæ primæ excremẽtum.

ſpiritum illum excrementoſum contrahere poſſunt, & ab eo venenatam facultatem exhaurire, donec calor vitalis ſeu lumen, ſua facultate & energia vincat & expellat excrementum illud, aut ſaltem ſubditum teneat, ne vires ſuas prouehere poſſit: in nonnullis autem fontibus copioſum inuenitur, & potens & perinde facultates ſuas exerit: & venenoſi fontes reperiuntur, his potiſſimum in locis in quibus venenum naturæ ſeu excrementum vinci non poteſt nec domari ab ſpiritu luminis, qui tota ſubſtantia illi eſt inimicus & hoſtis.

Spiritus lucis eſt veneno contrarius.

VNDENAM ALIMENTVM *& vitæ fomes in fontibus oriatur.*

CAPVT VIII.

SI adſint in rerum ſerie fontes venenati perpauci; infiniti quaſi reperiuntur qui alimentum & vitam profundunt. Vnde ſapienter arguere poſſumus, bonum in natura potentius multò reperiri quàm malum ipſum; & excrementum ex peccato ortum multò minus eſſe quàm purum ex bonitate naturæ pullulans: vnde malum minus bono ſemper eſt: indicium euidens & certiſſimum naturam, etſi maledictam fuerit ex peccato protoplaſti, non tamen ex maledictione recepiſſe tantum mali,

Malũ eſt ſemper minus bono.

mali, quin bonum quod illi ex creatione
nnatum erat, maius & potentius fuerit
nalo, quod naturæ peccati ratione super-
ienerit : id ipsum quotidiana experientia
estatum & certum habemus ex infinito
iumero alimentorum, quæ nobis Deus ad
vitam nostram sustentandam contulit, quę
quidem alimenta tanquam bona superant
iumero & quantitate, venena cuncta,
quæ naturæ insunt non tanquam omnino
nala, at vt attrahant spiritus venenatos,
& tenues substãtias venenorum quæ spar-
im per tota & vniuersa elementa naturæ
disseminantur, ne quod est in ipsis ele-
nentis vitæ & alimento, ab ipsis venena-
is spiritibus inficiatur; ita vt venena ipsa
obis sint commodo & vtilitati; & perin-
e bona, aliqua ratione censeantur: nam
ttractio illa venenorũ, vt massa elemen-
orum depuretur summum bonum nobis
st naturale, alioquin enim tutò & iucun-
è viuere non possemus.

Venena ad quid sint in rerum natura.

Reliquum quod superest in natura ma-
i adeò minimum est, vt cum bono nulla
atione æquiparari queat; bonum enim
nfinitum est, & ex scaturigine & fonte
nfinito ortum habet, vnde bona na-
uræ, malis ipsius præpondetant & nume-
o superant.

Facultas illa & potentia nutritiua & ali-
nentosa quæ in fontibus reperitur id cla-
è admodum testatur; nam ex ea viuunt
mnia vegetantia & mineralia, imò ipsa

animalia: facultas enim & potentia, seu energia vitalis quę in reliquis est & reperitur elemētis non ita potens & facilis est ad nutriendum ac ipsa vitalis aquæ facultas. Reliquorum enim elementorum aut nimis est subtilis, aut nimis crassa: subtilis coctionem pati non potest, quin euaporet antequam in vltimum alimentum conuertatur; crassa verò attenuari non potest vt coquatur ad alimenti conditiones acquirendas: aqua tantum superest quæ est medium elemētum nimiam non habens subtilitatem neq; nimiam crassitiem, sed omnino mediocrem vt coctionem subire queat ad conditiones & qualitates vltimi alimenti suscipiendas.

Elementū aqueū nihil vitæ habet ex seipso.

Elementum hoc aqueum ex se ipso nihil alimēti & vitæ habet, & tamen alimento & vita plenum est, hoc autem alimentum & vita, quæ aquę & fontium liquori insunt ex eodem & communi scaturiunt fonte, ac ipsa mundi vniuersalis vitalis substantia, quæ sola originem habet ex lumine, quod Deus in principio creationis massæ primæ elementorum infudit, tanquam forma vniuersalis illius massæ primæ: quæ quidem forma vniuersalis sola alimentosa est, & vitam præbet singulis rebus quæ componuntur & fiunt.

Lumen autem illud à Deo materiæ primæ infusum solum vitam & alimentum præbere rebus omnibus, manifestum ac clarum est. Quod calidum innatum &

midum primigenium rebus omnibus alimentum, & substantia formalis ex a vita fouetur. Calidum autem illud iatum & humidum primigenium quod um & idem sunt in rei substantia, est nen illud creatum; nam calidum illud ignis non vrens, sed lucens & illustrans cõmuni Philosophorũ sententia & rane:ipsa ergo est lumen, cùm lumen sit is & lucens & illustrans omnia, nullo :to vrens, sed conseruans & nutriens; & inde alimentum & vita, ex lumine illo endet & originẽ habet, imò est ipsum t lumen, quod particulariter rebus nibus infunditur, & cum indiuiduis fit iuiduum & particulare, exuens form generalem, dum formam induit :icularem, & vt materia prima rebus: nibus inest,& exuit materiæ primæ raiem in indiuiduis & fit particularis & uidua; sic & forma illa generalis vna ı materia prima vbique inest; fit tai particularis & indiuidua, vnà cum materia in rebus omnibus indiuiduis. umẽ istud vbique locorum diffusum :æcipuè in ipso aqueo nostro elemenvbi corpus suscipit aqueum & liquiı ad vtilitatem & commodum natuvt digestiones omnes & coctiones, iùs pati possit, ad subeundas infinitofere alimentorum qualitates, & connes, quibus tota natura eget, vt mix-, & composita varia & infinita con-

Calidum innatum quod sit.

Alimentum & vita ex lumine est.

Forma generalis vbiq; est & quid sit.

seruet. Et vt faciliùs & commodiùs id peragere possit fontem perennē luminis cōstituit Deus, in natura ipsa, Solémque vocauit, vt sparsum vbique lumen naturale, ab ipso perenni luminis fonte semper conseruaretur, neque vnquam deficeret, nec in generalibus mundi partibus, quæ sunt elementa; nec in particularibus quæ sunt mixta, & composita rerum singularium: Sic totus & vniuersus orbis repletur lumine & vita naturali perenni & indeficienti, quod lumen alijs in locis operum nostrorum spiritum & animam mūdi diximus, mercurium, sulphur, & sal ipsius vitæ, & vitale balsamum, aliisque multis nominibus vt virtutes & energias innumeras eius commonstraremus, non vt substantiam eius immutaremus, & variam ac diuersam constitueremus, sed vt varios eius affectus, & pathemata ostenderemus quæ varia sunt & fere infinita: lumē enim naturale, non potest esse rerum omnium vita, anima, & forma, quin multos patiatur affectus, cùm vita, anima & forma rerum, in rebus omnibus indiuiduis varietatem quammaximam habeant.

Fons luminis ad quid.

Cur totus terrarū orbis repletur lumine.

Concludamus ergo alimentum & vitę fomitem, qui in omnibus fontibus ferè reperitur & aqueo omni elemēto cōmunicatur, ex solo lumine dependere, quod aquæ permiscetur & vnitur vera vnione mixtionis lege & norma, vnde fit calidum innatū aquæ, & perinde si corpus aquæ sit

limētosū & nutirtiuū vt ipsamet constat
xperiētia, ex calido eius innato id habere
portet, quod cùm lumen sit, vt proba-
ım est, superest lumen naturale (quod
ontibus omnibus inest, & constituit cali-
um eorum innatum) præbere alimen-
ım & facultatem nutritiuam rebus om-
ıbus; quod enim dat esse, dat etiam eius
irtutes & proprietates. Dat autem esse
ontibus, cùm in vnum contrahat virtu-
ıtem omnem humidam aquæ, quæ ter-
e inuisibilis inest; & sic in vnum contra-
a virtute illa, exsurgunt & scaturiunt
ontes, vti superius probatum est.

NDENAM VIRTVS MEDI-
camentosa in fontibus exoriatur.

CAPVT IX.

MIRVM est, & occultum naturæ sa-
crū, in omnibus fere terræ prouin-
ijs, & fere climatibus fontes esse, quorum
irtutes & proprietates in curandis mor-
is omnibus excellunt.

Vndenam virtus medicamētosa in fōtibus.

Deus creator vt infinitam suam gra-
iam & amores, erga solos homines indi-
aret, non solùm animalia infinita, plan-
as & arbores, ac mineralia innumerabilia
ecit ad hominum sanitatem tuendam &
onseruandam, & ad amissam restituen-
at; at etiam voluit fontes esse qui pe-

renni fluxu & scaturigine, sanitatem profunderent diu, noctúque, vt amoris sui erga nos scaturigines perennes, & nũquam desinentes degustaremus.

Quamplurimi Philosophorum tum antiquorum, tum recentium virtutem illam & energiam curandi morbos omnes, in fontibus mirati sunt & degustarunt. At vndenam originem haberet indagare nescierunt. Multi eorum & fere omnes, eam ipsam energiam ex mineralibus & rebus metallicis, quas permixtas asserunt fontium lymphis, dependere dicunt: nihilominus salua eorum pace falluntur, coniecturis quibusdam falsis delusi fuerunt & quasi capti; nam quamuis fons inueniatur cum odore aliquo sulphureo, & aciditate, non ideò asserendum fontem hunc sulphureum corpus, vel vitrioli substantiam: nam quicquid aridum est, & mephitem sulphuris olet, non ex sulphure & vitriolo communi & vulgari trahit originem.

Quod acidũ est in terra, non ex vitriolo est.

Sulphur siquidem & vitriolum vulgaria & vendibilia toti naturæ non dant hasce qualitates; at sulphur & vitriolum & reliqua cuncta quæ hasce possident qualitates, ab ipsis naturæ principijs & elementis (quæ in spiritu mundi, & in entelechia congregata & in vnum contracta sunt) susceperunt. Quæ quidem principia & naturæ elementa in mixtis generandis producũt & progignunt hasces qualitates

alias similes; non autem sulphur & vi-
olum,quæ quidem non à se ipsis habent
ıs qualitates, sed ab ipsis naturæ princi-
js. Essétne rationi consonum, virtutem
ırgatiuam Rheubarbari dependere &
iginem trahere ab alio naturæ mixto,in
ii? vis illa purgatiua reperiretur. Asserere
: possum Rheubarbarum purgare-
ıòd habeat succum & liquorem Cheli,
ɔniæ persimilem? hoc ridiculum valde
t, cùm Rheubarbarum & Chelidonia,
ıbeant singula suas virtutes & energias,
ɔn à se ipsis, sed à primis naturæ princi-
js, quæ in productione Rheubarbari &
ıelidoniæ has in rheubarbaro & chelido-
ıa fecerunt & excitarunt qualitates &
ıergias.

Sic de fontibus est arguendum qui dum
roducuntur in terræ cauernulis, ab ipsis
aturæ principijs varias ac diuersas susci-
iunt qualitates, ab ipsis solis quibus pro-
ignuntur principijs, ex ordine vario, ac
iuerso modo quo natura vtitur ad fon-
:s producendos.

Fontes sunt qui vitriolũ & sulphur habent.

Nihilominus negandum non est, fon-
:s reperiri in quibus substãtialiter inueni-
ır sulphur & vitriolum, quòd in eorum
:aturigine, sulphur verum & vitriolum
roducantur ab ipsis naturæ principijs, à
uibus sulphur & vitriolum producun-
ır: nigrescit fontium horum liquor, si
allæ in puluerem redactæ proijciantur, in
psum fontis liquorem, quod vitriolum

verum ac certum testatur.

Spiritus minerales in fōtibus.

Asserere etiam cum ratione possum multos & quamplurimos inesse fontes, quibus insunt virtutes & facultates mineralium & metallorum; etsi nulla mineralia, & metalla contineant, sed tantùm spiritus mineralium & metallorum; qui quidem spiritus, non ab ipsis mineralibus & metallis exorti sunt, sed à principio illo vnico totius naturæ, quo natura vtitur ad res omnes producendas, quod solum principium in his fontibus hos produxit spiritus minerales & metallicos, absque vllo corpore minerali & metallico producto; nam principium mineralium & metallorum, cùm sit spiritus ille luminis cum ipsa aqua vnitus, & permixtus vera permixtione, ex illo & aqua fit verũ semen metallicum & mineralium omnium, vnde fontes omnes habẽt virtutes minerales aliquas & metallicas, cùm aqua & spiritu illo constent ex quibus solis fit semen minerale & metallicum. Et cùm in omni aqua sit semen minerale, omnis etiam aqua possidebit virtutes minerales; omnis enim aqua limum vel arenam producit, quæ ex semine minerali ducunt originem. At hoc illud particulare semen, ex semine generali ortum habet, vnde quicquid habent fontes, asserendum est ex illo spiritu generali dependere, potiùs quàm ex semine particulari aliquo, in ipsis fontibus ab ipso generali producto.

Omnis aqua habet virtutes minerales.

Primæ siquidem causæ naturali, con-
onanda sunt omnia & attribuenda, po-
ùs quàm secundis causis naturalibus, quę
im particularers sint particulariter con-
ırrunt tantùm. At generalis illa nostra
ıusa generaliter concurrit cum particu-
rıbus omnibus causis, vnde æquè causa
t. ac causa particularis, cùm vnà cum
ısa concurrat ad effectus particulares
roducendos.

Primæ causæ omnia sunt cōdonanda potiùs quàm secundis.

Concludamus ergo virtutem medica-
ıentosam quæ fontibus quamplurimis
ıest, dependere ab spiritu generali mūdi,
: entelechia illa generali totius naturæ,
uæ passim vbique locorum totam natu-
ım agitat & excitat ad generationes et
roductiones rerum omnium: hic est ille
piritus cælestis originis, cùm sit luminis
reati vera portio qui cœlum, & elemen-
ı reliqua, & quicquid est in ipsis mouet &
oncitat, vt naturæ prurienti & gestienti
es omnes succurrat, hic spiritus fontes
roducendo, producit etiam vnà cum
sis virtutes omnes medicamentosas abs-
ue vllo corpore materiali & crasso in ipsis
ontium lymphis comproducto. Quod
Aedici fere omnes credere non possunt,
ec solùm sibi imaginari; at referunt cau-
ım hanc ad mixtionem mineralium &
ıetallorum, quæ sæpissime in his fonti-
us reperiuntur. At si iusta animi lance
pinionem meam & sententiam ponde-
ent, eam ipsam solam veritati consonam

Virtus medicamentosa in fontibus ab spiritu mundi.

degustabunt, cùm naturam ipsam cernent virtutum mineralium & metallorum, in aquis potius productricem, quàm in alio aliquo elemētorum. Antimonium siquidem, mercurius, vitriolum, sulphur, Sal, marchasitæ omnes, & metalla cuncta, aqua fuerunt potius, quàm metalla & mineralia. Et perinde eorum virtutes omnes & proprietates in ipsa aqua potiùs implantatæ fuerunt & insitæ, quàm in ipsis rerum mineralium corporibus, quæ pedetentim coctione intrinseca caloris sui cœlestis (qui est illius spiritus supradicti essentia) in medijs ipsis aquarum lymphis indurata sunt & coagulata: Error summus est, virtutem & energiam effectui priùs attribuere, & condonare, quàm causæ ipsius effectis: nam effectus si quid virtutis habeat ab ipsa sua causa habere necesse est. Fontes ergo si habeant virtutem mineralem & metallicam, non ab ipsis metallis habent sed ab ipsis metallorum causis, quæ virtutes minerales & metallicas in ipsis progignunt aquis, quod ipsamet experientia comprobatur: vitrioli siquidem sulphuris, mercurij, & antimonij virtutes in fontibus nonnullis experimur & tamen vitriolum, sulphur, mercurium, & antimonium nullum in ipso fonte reperimus.

Aqua est principium mineraliũ.

Fontes si habent metallorũ virtutes nõn à metallis, sed à metallorũ causis habent.

ᴠNDENAM FONTES ARDEANT, & ignescant perpetuò.

CAPVT X.

PRÆSENTI hoc in Capitulo natura ipsa videtur Pphilosophos fere omnes rguere, & mendacij conuincere, cùm psa demonstret; contraria in vno & eoem subiecto persistere posse, nullo pato refracta, & vinculata, sed ambo forssima, & suis summis qualitatibus exorata. Aqua & ignis summè contraria in no & eodem fonte persistunt, ac deuiniuntur, & simul ex fonte fluunt. Nihilominus etsi visu & oculari experientia num & idem subiectum esse videatur; ttamen in rei veritate fontes ipsi heterogenei sunt, ac diuersis partibus ac multigenis essentijs componuntur. Ex liquore utà humido & aquoso, & liquore oleainoso, camphorato, sulphureo, & spiritu naphthæ, & substãtia alia tenui, pinguelinosa, terrestri, & aquosa, flammam & k ignem faciliter concipiente, ex violenia caloris ipsius qui sæpissime inuenitur n cauernis subterraneis. Qui quidem caor has terrenas pinguedines, ita excaleacit vt ignescant & flammam concipiant Vnde fontes ardeant & ignescant.

& sic vnà cum aqua bulliente fluant; vt in Pyrenæis montibus cernere licet multis in locis, & præcipuè apud locum & vrbem Aquensem, vulgari lingua dictam Acqs, vbi, & multis in locis vicinis alijs maxima quantitas harum pinguedinum terrâ clauditur & occultatur, forisque erūpit multo cum impetu et igne, ex quantitate sulphuris et bituminis quæ iuibi progignitur et ignescit, suóque igne exeunte, vrbes ipsas integras comburit et consumit.

Vnde ebulliāt fontes.

Ignes ergo hi sulphurei et bituminosi, fontes illos (qui inibi sunt) excalefaciunt et ebullire cogunt, et vapores, et exhalationes subtiliores harum pinguedinum terrenarum quę sursum feruntur ab ipso igne, dum aërem liberum persentiunt illo flammescunt: nam dum aliquid oleâginosum et pingue ebullit, nisi aër adsit copiosus et liber flammam non concipit; adueniente autem aëre libero et copioso, adest illico flamma, quæ aëre nutritur; aëre autem prohibito extinguitur, et vapores et exhalationes illæ sulphureæ non ampliùs fiunt flamma, sed flores sulphuris, subtiles admodum et ætherei qui circum circa passim super lapides colliguntur.

Apparent etiam in ipsis fontibus pinguedines et olea quædam in superficie aquæ fontis supernatantia, quod nobis indicio est, fontes hos ardere et ignescere

ex his substantijs ignitis et arsis, quæ vnà cum fonte fluunt.

Hi fontes maximarum sunt virtutum, ad curandos infinitos fere morbos: Nam partes subtiliores & æthereas sulphuris & bituminis, aliarúmque terrenarum pinguedinum cernimus & experimur in ipsis fontibus esse, & speciem petrolei constituere, quo musculis; neruis, ac tendonibus roborandis nihil in natura efficacius reperitur: calor enim innatus membrorũ omnium fouetur & roboratur illo spiritu petrolei, vnde attenuantur humores viscosi omnes, & tenaces acres moderantur & dulcescunt, & sic curantur arthritides, spasmi, paralyses, & similes alij morbi. Superest tantùm, vt temperetur & moderetur ardor & calor violentissimus ipsius fontis, constructis balneis procul ab ipso fonte, ex quo deductæ canaliculo aquæ fient frigidiores, & balneum tepidum ac moderatum ad nutum & volũtatem Medicorum constituent, morbis his omnibus curandis efficacissimum. Quamplurimi adsunt similes fontes in varijs Galliæ prouincijs, qui ex penuria Medicorum qui fontes hos decantent, & eos experiantur quid valeant eorum liquores ad curandos morbos, vilescunt omnino & vituperantur, quod maximo est ægris incommodo, quibus curandis natura ipsa, & Deus piscinas illas naturales constituit; at homine deficiente qui ipsos ægros in piscinas illas

Fontes ebulliẽtes sunt multarũ virtutũ.

mittat, coguntur ipsi ægri languescere & morbum pati.

Ardent fontes ex sulphure ardente.

Concludamus ergo fontes ardentes, tales esse ex subtilioribus partibus sulphuris, bituminis, & similium terrenarum pinguedinum, quæ progignuntur in terræ visceribus ab spiritu generali totius naturæ; non dissimili ratione ac via, ac in vegetantibus & animalibus, ex quibus pinguedinibus petroleum fluit, & originem habet sulphur, bitumen, naphtha, camphora, succinum, seu Karabe, & gagates, aliaque multa quæ substantiam pinguem & adiposam continent ab spiritu rerum omnium authore productam ex calido innato suo & mercurio prouenientem, & has combustibiles substantias & igneas generantem, quæ dum ignescunt & flāmam concipiunt à calore subterraneo vnà cum aquis foris erumpunt, & fontes ardentes sic constituunt qui perenni flamma, & aqua fluunt in admirationem quorumdam hominum qui causas has occultas indagare nolunt ac scire vilipendunt.

E FONTIBVS QVI RE-ciprocos patiuntur æstus, vt Oceanus.

CAPVT XI.

MVLTI sunt fontes multis in locis, qui reciprocos illos patiuntur æstus. atur vnus in saltu Pyreneo in pago cto *Belesta*, communi & vernacula lin-ua: datur alius in Pictauia, vulgò *Poitou*, rca locum & pagum *de la Gediniere*, ope domum Domini du Chastelier, atur etiam riuulus prope ciuitatem di-am *Saumur*, ad ripas Ligeris vulgò *Loire*, ipso pago, vulgò dictò de *Varins*, in quo uius ille, seu riuulus, reciprocos pati-r æstus in ipso meridie, horarios. Mul-que alij sunt fontes qui similes patiuntur stus in diuersis anni temporibus, cuius stus causas multi Philosophorum quæ-erũt & indagarunt. Quamplurimi Lunæ, ulti Oceano causam attribuerunt: at mnes hallucinantur: Æstus siquidẽ ille re-iprocus nec ex luna, nec ex mari ortum abere potest: non ex luna, quòd omnes ontes nõ habeãt æstum illam etsi scaturiãt codẽ ipso loco, climate & Prouincia, sub

Fontes qui reciprocos patiũtur æstus multi sũt

Vnde æstus fõtium

aspectu & influxu sub eodem cœlo, & constellationibus, quæ omnia agentia similia, similes producerent effectus, in similibus subiectis, eáque disponerent ad similes motus & actiones, nec ex mari id euenire potest, quod non habeant fontes hi similes cum mari æstus: at omni ex parte diuersos & varios; fontium siquidē horum motus & æstus non eandem periodum obseruāt: horarij etenim sunt nōnulli, alij verò nocturni, alij diurni, alij verò tempore meridiei solùm fiunt & æstuant; mare autem similes non habet æstus, quotidie fit, hiemis, ac æstatis tempore, autumno ac verno, solo plenilunio augetur, solstitijs & æquinoctijs, quòd æstus huius causa efficiens sit fortior, & potentior hisce in temporibus, vt infra probabimus.

Aristoteles ignorauit maris æstus.

Maxima est hæc quæstio, & iudicatu difficilis, teste ipsomet Aristotele, qui quā-uis maximus fierit philosophorū, geniúsque & dæmon naturę æstimaretur, nihilominus hos æstus capere non potuit: imò fertur cùm capere non posset se in Oceanum ipsum præcipitem dedisse & dixisse, cùm te capere non possim, tu me ipsum capies: captus est Aristoteles ab Oceanō, cùm Aristoteles Oceanū capere non posset. Maxima est ergo hæc difficultas; nihilominus etsi sim minimus philosophorum, ipsomet Aristotele inferior multò, dicam quid sentiam, & vndenam

fontes

ıntes æſtuent breuiori quo potero dicam oquio. Opinor, & veritatem eſſe teſtor ntes æſtuare, varijsque motibus recipros, varijs in temporibus exagitari ab ipmet ſpiritu mundi, qui fontes ipſos oducit, hôſque motus in his ipſis fonbus operatur, Quod enim dat eſſe, dat iam & reliqua cuncta quæ ad eſſe pertiınt: ſpiritum autem mundi dare fontibus ſe, clarè admodum ſuperiùs probatum t, proprietates inde & virtutes omnes ependere etiam neceſſe eſt. Quod ſi non ſtuent omnes, etſi omnes fiant ab ipſoıet ſpiritu, ratio in promptu eſt, quòd ipmet ſpiritus, non omnes communicet mnibus fontibus ſuas proprietates & ıergias; at huic vnam dat proprietatem, teri aliam, & ſic fiunt diuerſi ac varij ıntes, etſi ab vna & eadem fiant cauſa generali, diuerſis diſpoſitionibus introductis arijs in locis, quæ omnia mutant ac variıt fontes, mutata etiam cauſa generali, ı particularem in ipſo particulari loco, ui tanquam vterus & matrix ſeminis illis mouet particulari ſuo motu ſemen illud, & diſponit ad particularem hunc ontem progignendum: nam vti ſuperiùs ıximus, ſpiritus hic habet proprietas omnes omnium rerum, etſi in omibus rebus omnes non protrudantur & luceſcant proprietates: omnia ſiquidem ngularia, ſingulares habent virtutes ex tero & matrice particulari, quæ hæc ſin-

Vndenam fontes æſtuent.

Quare fiant fôtes varij ab vnā, & eadem cauſa.

Spiritus mundi habeat omnes proprietates

gularia produxit Sic de fontibus est arguendum, non omnes eamdem habent proprietatem, cùm in vno & eodem loco, seu vtero non progignantur: homines omnes ab vno & eodem semine humano specifico producuntur; at cùm semen illud specificum varijs in vteris varietur, varios ac diuersos, ac omni ex parte dissimiles producit homines. Sic semen specificum fontium varijs in locis ita variatur, vt varios producat omnino fontes; variatur autem ex diuersis suis motibus intrinsecis, quos ipsemet spiritus ex sinu suo excitat, cùm sit principium motus totius naturæ: Philosophi enim omnes existimant, verúmque putant calorem natiuum esse, principium motus; calor vero ille natiuus nihil aliud est, quàm lumen à Deo creatum & elementis infusum, vt in ipsis esset principium motus, & quietis: hoc autem lumen principium caloris vitalis nihil aliud est, quàm spiritus mundi, & anima naturæ, hoc est principium actionis in natura.

Vnde varij homines producantur.

Calor natiuus principiū motus

Quod inde colligere facilè possumus; corpora siquidem vitæ plena, non mouentur, nec vllo pacto agunt sinè calore illo natiuo quo turgent, calor autem ille natiuus non distinguitur ab spiritu & anima corporum naturalium; nec anima illa & spiritus à lumine illo creato, quod occultatur & permiscetur elementis quæ corpora illa naturalia componunt, quod

Calor natiuus non distinguitur ab anima, nec anima a luce creata

umen in ipsis corporibus lucet & micat, dum ipsa viuunt, & in esse naturali persistunt: post mortem verò extinguitur, vnde propriè dicimus (vt mortem rerum indicemus) vitam extinctam esse, quod impropriè loqui esset, si vita lumen non esset: quod enim extinguitur, luminis & ignis rationem habet.

Vita est lumen.

Vita ergo cùm sit lumen, & lumen illud non distinguatur à calore natiuo & vitali, arguendum est principium motus cùm à calore natiuo dependeat, pendere etiam ab illo lumine, quod calorem vitalem dicimus: Et cùm æstus reciprocus sit motus in fontibus: à principio motus vniuersali totius naturæ, dependere censendum est, quod principium cùm sit lumen illud à Deo creatum & massæ elementorum infusum: verissimum est æstum reciprocum quem patiuntur nonnulli fontes, pendere ab ipso eodem lumine quod fontes hos fecit, & in ipsis factum est calor natiuus fontium & principium ipsius motus, quod nunc plus, nunc minus viget in his fontibus, ex astris quæ principium illud roborant, vel infirmant, secundùm eorum naturam; nam lumen illud internum quod est principium motus vniuscuiusque rei, à lumine superiori tanquam à patre suo, & à causa generali gubernatur & regitur, & dum viget lumen superius, inferius suas vegetiores habet virtutes, hinc fontes habent

Motus reciprocus fontium dependet à lumine.

potentiores æstus in vno tempore, quàm in alio; cùm lumen superius plus in vno tempore vigeat, quàm in alio, à quo lumine fontium lumen internum fouetur & multiplicatur, tanquam à causa sua generali, quæ præsentia sua & vigore suo, affectus suos vegetiores & potentiores conseruat.

DE FONTIBVS, QVI *petroleum effundunt.*

CAPVT XII.

VT curiosis animis penitus satisfaciamus circa naturam horum fontium, explicandum nobis est, quid sit oleum, & an eiusmodi substantia in meditullio terræ reperiri possit inter mineralia & ea omnia quę terris enascuntur, vt & reperitur inter vegetantia & animantia. Asserimus ergo oleum substantiam esse ætheream mercurij mundi, quæ continet in se multum sulphuris, parum mercurij, & adhuc minus salis, & ratione paucissimi salis liquidum est & fluens: cum verò sal abundat, coagulatur & condensatur veluti in axungijs & pinguedinibus animantium, quæ coagulantur ratione salis abundantis: quòd si distillentur vasis chymicis tunc temporis sal separatur à sulphure & mer-

Oleum quid.

urio, & remanet in fundo vasis inter feces & magma, quod caput mortuum dicunt Chymici: reliquum quod ascendit er distillationem numquam amplius frigore densatur, sed manet liquidũ & fluens, nde dicitur oleum & essentia pinguedinis & axungiæ: Idem est, ac contingit in gummosis omnibus liquoribus, resinosis, & therebentinis, quæ frigore densantur; t si distillentur, quod subtile est & æthereum sulphuris & mercurij sursum pellitur: quod verò salis est, fundum petit, & nter magmata residet, vnde ex separatione salis, quod sursum petit, non amplius frigore congelatur, sed liquidum emanet & fluens, & vocatur oleum & ssentia.

Cùm ergo hæc substantia ætherea sulphuris & mercurij in animantibus & vegetantibus reperiatur copiosa & turgens, eadem etiam substantia reperitur copiosiori fonte in mineralibus; nam sulphura uncta, bitumen, naphtha, succinum omnis generis, & petrolea inueniuntur copiosà valde in terris, quæ à calore centrali & naturali, imò & sæpe sæpius à calore præter naturam ipsius terræ distillantur, & conuertuntur in oleum. *An oleũ reperiatur in fodinis.

Euenit aliquando, & sæpissime, vbi copia sulphuris, bituminis, gagatini lapidis, & lapidei carbonis adest, quòd à calore præter naturam ipsius terræ hæc bituminosa corpora comburuntur,

quod ſubtile eſt, & æthereum ſurſum tendit & in concauis lapidum antris circulatur & attenuatur in oleum quod foras erumpit, & fontes petrolei facit, ſic ab Italis nuncupati, non quòd oleum quod hi fontes fundunt, ſit oleum lapidis & petræ; ſed quod fluat ex petris, & ex concauis lapidum cauernulis tanquam ex alembicis, ex ſubſtantia adipoſa & pingui terræ, quæ ſulphurea & bituminoſa eſt, non ſimplex ſed compoſita: nam ſulphurea ſimplex ſubſtantia dum comburitur & ſurſum ſublimatur, non in oleum & liquorem conuertitur, ſed in flores, & ſolidas æthereas & ſubtiles ſulphuris ſubſtantias, quæ flores dicuntur: quia ſal ſulphuris volatilis eſt, & vnà cum reliquis ſulphuris principijs ſubſtantialiter eleuatur, vnde tota ſubſtantia ſulphuris abſque mutatione euidenti ſublimatur & in flores conuertitur.

Vnde petroleum.

Flos ſulphuris vnde.

Quod ſingulis diebus experientiâ comprobatur in Pyrenæis montibus in balneis ipſis thermalibus, apud locos Dencauſſè Bareges, Bagnieres, & alios, apud quos ſunt aquæ thermales calidæ valde, ex ſulphure combuſtibili, quod perpetuò ardet in his locis, et aquas thermales excalfacit, et balnea hæc conſtituit. Et dum hoc ſulphur ardet non in liquorem conuertitur, ſed in flores permutatur et in tenues ſubſtantias, quæ ſuper externam montium ſuperficiem colliguntur, non abſi-

iiles omnino his sulphuris floribus, qui
ulgariter à Chymicis sublimatione præ-
arantur. Quod nobis certo indicio est
ılphur purũ et simplex in his locis aduri:
uòd si compositum esset et bitumini aut
agatino lapidi annexum, aut alicui simili
:rrenæ pinguedini coniunctum, petro-
:um inde flueret maximæ et excellentis Virtus
irtutis et efficaciæ, in paralyticos affectus petrolei.
omaticos, et stupores membrorũ, aliósq;
ue similes morbos, qui sæpe sæpius sunt
Medicis opprobrio, ob eorum difficilem
urationem, qui tamen hisce liquoribus
:te appositis facili negotio curãtur; quòd
ıbtilis ac tenuis pinguedinis illius terræ-
ę pars, maximarum sit virium. Fieri etiam
otest, et in nonnullis terræ locis natura
ısa operatur, vt pars pinguedinosa ipsius
ɔiritus vniuersalis (qui sulphura omni-
;ena producit) sese componat in oleum
noderato sale, et adaucto sulphure &
nercurio; ita vt liquidum quid fiat & fluat,
)lei sapiens naturam et essentiam, virtu-
témque sulphuris, bituminis, gagatini la-
ıidis, vel succini redolens si substantias
ıorum sulphurum dissolutas habeat natu-
a in ipso oleo componendo. Quod esset
arum et valde mirum, quia natura non
)otest breuissimo in tempore coquere
:t perficere principia illa naturalia massæ
ɔrimæ, ad oleum illud producendum; ita
ıt perpetuò fluat opus habet longissimo
empore vt coquat illa principia in petro-

leum. Quocirca primæ opinioni et sententiæ nobis acquiescendum & asserendum est fontes petrolei dependere ex bituminosis & naphtheis corporibus mineralibus quæ in terræ speluncis aduruntur, & dum combustione illa pars tenuior & pinguior sursum sublimatur in lapidum cōcauis antris, fit tandem & concrescit in oleum: non secus ac in chymicis organis, vbi pars illa mutatur in oleū, & guttatim stillat. Si euenit in ipsis terræ cauernis, vbi sulphura & bituminosa corpora aduruntur, & ex combustione pars pinguior sublimatur in oleum, & fontes petrolei constituit miræ virtutis & efficaciæ.

Fontes petrolei vnde fiat

DE FONTIBVS QVI *argentum viuum effundunt vnà cum aqua sua.*

CAPVT XIII.

ASSERVIMVS & probauimus multis rationibus in Compendio nostro secretorum chymicorum Gallica lingua conscripro, & typis excuso, aquam matrem esse metallorū omnium & mineralium: & in ipso Capitulo argenti viui ostendimus ipsum argentum viuum

Argentū viuū est ex aqua.

originem ducere, ex ipsa aquarum abysso.

Rationi ergo non erit absonum hoc in Capitulo, indagando fontes qui argentum viuum nobis profundunt, asserere idipsum argentum viuum produci vnà cum ipso ipsius fontis liquore; nec mirum esse matrem filium suum secum ducere: spiritus enim aquæ pedetentim calore suo naturali congelatur, & salem suum naturalem vnà cum mercurio, seu humido suo insito miscet, maiori dosi & quantitatẽ sulphur superante; ita vt condensetur humidum aquæ cum suo sale, à naturali pauco illo sulphure, in mercurium seu argentum viuum fluidum & liquidum, nec tamen humectans: quòd sal & humidum aqueum ita æquali pondere librentur in eius compositione, vt humidum non humectet, quia in sicco salis vinculo ligatur nec tamẽ adeò strictè ligatur, vt motu priuetur, sed tantùm ita temperatè siccatur ne humectet: potest siquidem humidum ita ligari & siccari ne humectet, nec tamen eius naturali motu priuari, vt patet in metallis, dum igne liquantur, liquida sunt & fluunt velut aqua, non tamen humectant.

Quomodo fiat argentũ viuum.

Cur argentum viuũ non madefaciat.

Spiritus autem aquæ, qui est principium & origo argenti viui, potest facilimè coagulari & condensari in argentum viuum, virtute sui caloris innati & insiti, seu sulphuris vitalis sui, inuito frigore

ipsius aquæ, quæ nullo pacto potest extinguere calorem naturalem, seu sulphur insitum spiritus ipsius aquæ, quin in medijs ipsis aquis producat & progignat cuncta, & mineralia; nunquam enim extinguitur sulphur hoc in ventre suæ matris, nec mater vnquam in vtero suo fætus suos extinguit; imò quantum potest fouet & nutrit. Sic fœtus & partus metallici & minerales cùm ex aqua sint, numquam in aqua ipsa quamtumuis frigida, extinguuntur & suffocantur. Et quamuis ipsa aqua, metallorum mater & procreatrix in membris suis externis glacietur, & frigore condensetur, ita vt quasi emortua videatur, in intimis tamen sui ipsius viget illud sulphur, & quò magis friget, eò magis & potentiùs lucet, & vitali suo foco excalfacit & fouet, & nutrit partus & fœtus suos.

Sulphur metallicum nũquã extinguitur in ipsa aqua.

Et ita frigus istud per accidens promouet & accelerat coagulationem mineralium & metallorum; quia spiritus aquæ ita fortior & potentior fit in intimis aquæ, vt partus suos acceleret.

Metalla fieri possunt in medijs aquis.

Itaque absurdũ nullo pacto censemus in ipsamet fontiũ scaturigine vbi aqua quiescit, posse fieri metalla, & mineralia ex copioso aquæ spiritu, & præcipuè argentum viuum, quod cum spiritu ipsius aquæ non absimilẽ habet naturã, simplici & leuissimo coagulationis vinculo differentem.

Concludamus ergo argentum viuum

quod ex fontibus nonnullis emanat, & fluit, originem habere ex spiritu ipsius aquæ, qui fontem producit etiam vnà cum argento viuo; qui quidem spiritus calore suo vitali, seu sulphure insito, humidum suum, seu mercurium coagulat, & condensat beneficio sui salis: cui principium coagulationis demandatum est, quod quidem sal & mercurius ita æqualiter vniuntur & permiscentur, vt inter se inuicem actiones suas impediant & ita mercurium liquidum & fluidum cernimus, non tamen humectātem, quia à sicco salis ita ligatur humor & euanescit, vt humectare & madefacere nequeat. Et sic fluit argentum viuum ex fontibus nonnullis, ex spiritu aquæ fontis, qui fontem & argentum viuum componit ex æquali & ponderata mixtione salis & mercurij, quæ mixtio cùm non ita æqualis reperiatur in omnibus fontibus, ideò in omnibus non reperitur mercurius, quamuis in omnibus reperiatur spiritus aquæ, qui argentum viuum componere posset, si pondus & mensura sui salis idonea & conueniens inueniretur in omnibus fontibus.

Sal principium coagulationis.

Argentũ viuum qua via fluat ex fõtibus.

DE FONTIBVS QVI *bracteolas auri & argenti effundunt.*

CAPVT XIV.

CREDIDERVNT multi & adhuc credunt bracteolas auri & argenti, quas fontes nonnulli effundunt, ramenta esse fodinarum auri & argenti, quæ quidem ramenta ab ipsa fontis aqua eroduntur; & quasi fluxu euelluntur, & vnà cum aqua fluunt: Si tamen qui hæc figmenta credunt, aurifodinas & argēti intrassent & vidissent, manibúsque palpassent duritiem fodinæ auri & argenti, procul dubio ex animo deponerent illam futilē mētis opinionem. Fodinę siquidem metallicæ non ita friabiles, & mollis compaginis sunt vt ab ipso fonte emolliri queant, et euelli, et cursu suo et fluxu, ramenta illa aurea et argentea secum vehi, et asportari.

Vnde fluant auri & argenti bracteolę in fōtibus.

Non inde profluunt hæ auri et argenti bracteolæ, altiùs est hæc causa perquirenda Cùm spiritus architectonicus mineralium et metallorum omnium sit copiosus et turgeat in fontibus omnibus, quidni fieri potest, vt metalla ipsa pro-

lucat in medijs aquis: principia ipsa vigent in ipso spiritu, ibique depurantur ad summum, et pura et nitida facta, calore interno et insito sulphuris, mediante sale, mercurius purus et nitidus coagulatur in metallum perfectum: in argentum vel aurum, secundùm sulphuris albi vel rubei conditionem; nonne hæc ita fieri possunt, vt et sabulum et talcum, et alia similia quæ in medijs aquis progignuntur ex ipsomet spiritu minerali: Talcum producitur et sabulum omnis generis coloribus variegatis ac diuersis, qui varietatem sulphuris testantur: hæc omnia producuntur vnà cum fonte ab ipsomet spiritu minerali, ea ratione qua superiùs diximus; non autem hæc facilioris sunt productionis, quàm aurum et argentum quamuis sint copiosiora propter impuritatem materiæ, quæ semper est in natura copiosior quàm pura materia: hinc aurum et argentum rarius, quàm lapides quòd auri et argenti natura pura sit; quæ semper pauca et rara est; at natura pedetentim successu temporis ad puritatem illam tendit, et tandem fruitur ipsa, et ex ipsa aurum et argentum generat, et lapides pretiosos, si sal turgeat in ipsa materia; metalla verò si mercurius vigeat et polleat. Nam ex sale abundante et turgente in spiritu minerali, fiunt lapides, qui variantur ex varietate sulphuris, quod causa colorum est: ex mercurio verò copioso, et

Talcum & sabulum vnde fiant in fontibus.

Cur aurum sit rarum.

Lapides vnde fiant.

prædominante fiunt metalla, quæ ex varia puritate matriæ variantur.

Sic fiunt lapides in intimis aquæ, qui cùm in vnum corpus non possint coadunari ex motu perpetuo aquę, fiunt minuti lapides qui sabulum constituunt. Pari etiã modo metalla quæ cùm in vnum corpus solidum & continuum cõgelari nequeant, ex motu perpetuo aquæ fiunt bracteolæ, & metalla foliata; quia cùm aqua fluat perpetuò super partes illas puras quæ congelãtur non possũt congelari in globulos, sed in tenues auri laminas formari coguntur, ex attenuante & quasi malleante indesinenter aqua; non secus ac lapides illi minuti, qui inter sabulum reperiuntur, coagulantur in plures facies quasi tabulati, quòd aqua motu suo imprimat hasce externas figuras & formas.

Vnde lapides tabulati fiant in ipsa aqua.

Aurũ & argentũ in fontibus ex spiritu minerali.

Concludamus ergo bracteolas auri & argenti quæ in fontibus nonnullis reperiuntur inter sabula & minutulos illos lapillos, originem habere & scaturiri ex spiritu metallico, & semine metallorum, quod reperitur depuratum, & summo gradu sublimatum inter ipsa fontis sabula, quibus in locis coagulatur & fixatur in aurum & argentum suo sulphure naturali, & calore insito qui aquis extingui non possit.

VNDENAM FONTES limo turgentes, & omni sabulo priuati reperiantur.

CAPVT XV.

HÆC quæstio ex prima ipsius fronte videtur inutilis et infructuosa. Quid nim prodesse videtur scire, quid sit limus t sabulum fontium, et vndenam scatuiant? nihilominus hoc scire maximæ est tilitatis: nam ex sabulo, et limo fontium, onitatem et vitium colligimus et iudiamus.

Prioribus in Capitulis probauimus, et larè admodum ostendimus spiritum nundi copiosum esse in elemento aquæ, t in aquis ipsis plus vigere, quàm in alijs aturæ elementis, ad commoditatem et sum totius naturæ, eúmque illum spiriım trinas habere distinctas substantias, al, sulphur, et mercurium. Per sal intelliimus substantiam valde siccam, vitalem, t radicalem, principium corporificatiois, si ita mihi loqui fas sit, in se habentem. er sulphur, substantiã lumine plenam, et alore vitali, seu igne viuifico, motus rincipium in se continentem. Per mercuım, substantiã intelligimus humiditate

In aqua copios° est spiritus mũdi.

Per sal sulphur & mercurium quid intelligãt Chymici

radicali turgentem, qua sulphur vitæ, seu ignis vitalis fouetur & nutritur: hæ autem substantiæ in spiritu mundi fontes omnes constituunt, eo tamen ordine, vt sulphuris vis in nõnullis fontibus plus vigeat, quàm in alijs: aliquando vis & virtus mercurij, in nonnullis autem vis salis plus potest. Qui virtutem sulphuris prædominantem habent, hi viuidi sunt clari, & limpidi, & plurimarum sunt virtutum; qui verò salis superantem obtinent energiam, hi quidem clari & limpidi sunt, sed non tantarum sunt virtutum. Qui verò mercurij obtinent vincentem naturam, hi turbidi sunt, ponderosi, crudi & limo scatentes, & in pingui loco scaturiũt, & fluere solent. Alij verò, inter lapides & marmora lymphas suas profundunt. Hinc colligere licet vndénam limus turgeat in fontibus, cùm hic dependeat à mercurio vitæ qui excrementa cruda, & frigida, & pinguia & crassa valde possidet, vnde limus generatur in aquis, terra pinguis & argillosa, quæ viscidum quid & tenax multùm secum ducit ex ipsa aqua proueniens, quod quidem vitiat, & contaminat aquam.

Principiorum virtutes in aquis

Limus aquæ, vnde fit.

Vnde videmus & compertum habemus aquas palustres omnes, viscidas esse & tenaces & glutinosas: & pisces, omnes (qui in hisce aquis nutriuntur) veluti anguillas, tincas, & cypriuos & similia piscium genera, esse veluti glutine & tenaci & viscoso humore obducta, propter excrementum

Vnde pisces palustres sint viscosi & glutinosi

ıentum alimenti quo nutriuntur, quod
ɪ cutem eorum defertur, & inibi visco-
ım illum humorem producit: illud au-
ɛm alimentum nihil aliud est quàm spiri-
ıs ipsius aquæ, in quo mercurius abun-
at & turget excrementis his frigidis &
iscosis, quæ à facultate coctrice & sepa-
ıtrice horum pisciũ, dum tali spiritu nu-
iuntur, separantur, & ad cutem deman-
antur: nam si aqua vbi pisces similes de-
unt & viuunt, turgeat hisce viscosis &
lutinosis humoribus, necesse etiam est
isces in hac aqua degentes &. spiritu
ius viuentes, turgere similibus excremen-
is.

Hinc concludere possumus fontes om- *Limosæ aquæ nullius sunt virtutis.*
es qui limo, & pingui terra abundant, ex
ıercurio pingui & excrementitio, glu-
inoso & tenaci ortum habere, nullásque
ısignes possidere virtutes & energias,
ropter cruditatem insignem & frigidi- *Sabulosę aquę virtuosę.*
ıtem, quæ in hisce adsunt aquis, quæ
ıultò efficaciores essent si sabulum &
lapillos minutos haberent; quòd sabu-
lum & lapilli calorem & vitæ sul-
phur vnà cum sale viuifico in
his vigere testentur, quæ
virtutũ insignium sunt
origo & prin-
cipium.

VNDENAM VIRTVTES, & vitia fontium, gustu & visu percipi possint.

CAPVT XVI.

QVI spiritum atchitectonicum fontium apprimè nôrunt, hi subitò visu & gustu virtutes omnes & vitia fontium cognoscère possunt. Dum vident siquidem fontem aliquem ex silice duro prorumpentem cum certa, & euidenti violentia, clarâ & perlimpida lymphâ, quę sabulum nitidum ducit, et arenulas bracteolis auri et argenti micantes, hi asserere possunt optimum esse fontem et potu laudabilem: quòd si gustu acida sit, et subdulcis, eum ipsum asserere possunt plurimarum esse virtutum, et obstructionibus reserandis esse præpotentem, calculo educendo, et arenulis ex renum ventriculis subducendis proprium et idoneum; imò arthriticis doloribus curandis, aut saltem mitigandis conuenientem, quòd per vrinas serosos humores, tenaces, et viscosos educat, qui humores sunt horum morborum causæ: his eductis et purgatis cessant harum causarum effectus.

Acidulorum fontium virtutes.

Hic autem, & similis fons hisce dona-

ir virtutibus ex copia spirituum volatilium & infixorum (sic enim chymicè louendum est) spiritus generalis mundi, ui motum hunc rapidum & violentum peratur, & quòd sulphure & mercurio uro metallico abundet, bracteolas auri & rgenti generat & progignit. Ex sale au:m limpido & puro, lapilli & arenulæ læ puræ & nitidæ producūtur. Reliquum utem aquæ quod effunditur inconcre-ım cùm limpidum sit & pernitidum, boitatem & virtutem aquæ indicat, & teatur. Si verò contrarium omnino videa-ıus in fontibus, aquam putà turbidam, mo & argilla scatentem, sinè motu fere llo, gustu dulci & insipido, asserere posımus fontem hunc nullius esse virtutis, : quamplurima possidere vitia; cùm sit ifficilis coctionis, & valde crudus, frigius, & ponderosus, & perinde cruditates ıgentes & ἀπεξίας in vētriculo producens, ›bstructiones varias & multigenas in viseribus progenerans, ex cruditate mercuij quo turget & abundat, ex quo morbi ıi omnes surgunt, & scaturiunt.

Bonitas fontium vnde & malignitas.

Sic fontium omnium virtutes omnes ɛ vitia gustu & visu inuestigare possuıus, ex vitio & virtute partium mercurij ;eneralis mundi, qui fontes omnes geneat & producit: sulphur siquidem quod :st præcipua pars mercurij generalis, molò sit purum & vindicatum ab omnibus ulphureis excrementis, miras & excel-

lentes producit in fontibus virtutes. Sal deinde subsequitur, vltimò mercurius, qui propter crudam & frigidam suam substantiam, quæ in medijs aquis difficili via coquitur, non insignes admodum progignit in fontibus virtutes. Partes autem reliquæ quæ supersunt in spiritu mundi, quæ sulphuris & salis sunt, obtinent plus luminis creati, & elementis infusi diuina potentia, quàm mercurius obtineat, & inde plus perfectionis habent, quàm mercurius: lumen siquidem illud à Deo creatum est perfectio spiritus mundi, & rerum omnium: vnde ab antiquis pulchritudo & rei forma, nuncupatum est. Spiritus autem hic generalis totius naturæ nihil aliud est, quàm lumen illud & pura elementorum omnium essentia: sed partem illam quæ magis turget & abundat aëre, igne, & lumine illo, sulphur dicimus: illam verò quæ turget aëre, & aqua & lumine illo mercuriū appellamus: illam autem in qua viget essentia aquæ & terræ, salem vocamus. Lumen semper illud à Deo creatum informat & actuat partes illas spiritus illius vniuersalis, & est vera illius forma & anima. Et reliquum quod est ex elementis non est nisi corpus & vestimentum illius luminis.

Mercurius non multas producit in fontibus virtutes.

Spiritus naturæ quid.

Spiritus naturæ anatomia, & diuisioin principia chymica.

Et sic clarè & fusè admodum explicatam habent naturam & essentiam spiritus vniuersalis chymicæ artis alumni, & quid sit mercurius vniuersalis, & quibus parti-

s constet, quod quidem nunquam ita
irè à me explicatum, nullibi librorum
corum fuit, ne clauis totius naturæ enu-
andæ traderetur omnibus, ocultaueram
nper lumen illud naturæ à Deo crea-
m & elementis infusum, quod quidem
men illuminat omnia totius naturæ an-
a occulta & obscura. At iam cùm de
ntibus agam, effundendum est quidquid
l in intimis mei ipsius, vt fluat perenni-
r veluti fons, vt sciant & videant om-
s, quid valeat Alchymia ad intimos
turæ recessus recludendos. Qui penitus
cultati fuerunt & ignoti, ad tempus
oc vsque, & præcipuè natura & essentia
ntium, de quibus nullus adhuc Au-
ior nec antiquus, nec modernus hæc oc-
ulta & secreta arcana dixit, vt claret ex
riptis eorum, in quibus tantùm quæ fon-
bus visibilia sunt & palpabilia enarran-
ır. At de internis & de occultis fontium
emo adhuc scripsit: Quod quidem me
oëgit Tractatulum hunc conscribere, vt
nira & occulta arcana, quæ fontibus in-
unt omnes perciperent. Quorum virtu-
es & vitia vt penitus innotescant, con-
ludendo, asseram cognoscendum esse
piritum generalem mundi, ex quo fiunt
x generantur omnia in ipso amplissimo
aturæ campo, & præcipuè fontes, qui
ùm ab ipso spiritu progignantur, si na-
ura ipsius spiritus cognoscatur, cognos-
etur & natura fontis. Perinde valde ne-

Spiritus generalis lumê omnia illuminat.

Nullus vnquam de fontibus rite scripsit.

Partes spiritus mundi quid agant.

cessarium est cognoscere illum ipsum spiritum, & omnes eius partes, sulphur, purità, mercurium, & sal; Ex sulphure siquidem ipsius spiritus generalis, dependet actio fortis & potens cuiuscumque rei, omnis color, & omnis motus, omnísque vitalis actio. Ex sale sapores omnes originem habent, & quidquid tactui sensibile est. Ex mercurio autem ortum habent facultates omnes germinatiuæ & productiuæ. Itaque in fontibus, quibus sulphur vitæ prædominatur, sulphuris virtutes elucent clariores, quàm in reliquis quibus prædominatur sal & mercurius. Et sic est asserendum de his & reliquis fontibus, quibus prædominatur sal & mercurius, in quibus elucent & vigent virtutes salis & mercurij: quæ virtutes visu & gustu percipi possunt vt superiùs enarratum est.

DE FONTIBVS QVORUM potus febres intermittentes progignit.

CAPVT XVII.

Febres intermittẽtes ex fontibus.

QVAMPLVRIMI reperiuntur fontes, qui vnico solo potu febres intermittentes producunt, præcipuè si ieiuno ventriculo ebibantur eorum aquæ, &

rpore motu violento calefacto; quòd rum liquor turgeat & abundet mercu- crudo & excrementoſo, pinguit, enaci, limoſo, cuius gratiâ obſtructiones pa- ingentes, & ſolutu difficiles, quorum e putreſcunt humores extra vaſa, pro- bita tranſpiratione, & ſic febrium inter- ittentium paroxiſmi excitantur, ſecun- um humorum putrentium genus & ſpe- em: veluti ſi phlegma, & pituitoſus hu- or, qui eſt vitalis mercurij liquor, cru- is & incoctus putreſcat, prohibita tranſ- ratione ab obſtructione, cauſata ingen- illo potu aquæ illius fontis, in quo mer- rius ille crudus & excrementoſus elu- t, tunc temporis febris quotidiana in- rmittens producitur. Et ſi bilis turgeat potatore tertiana exorietur; & ſi me- cholicus humor vigeat in corpore, tunc uartana effloreſcet, & præduros conci- bit paroxiſmos. At aqua ipſa ipſius fon- s ex cruditate & frigiditate ſua, cùm à fa- ultate ventriculi coqui non poſſit, fe- rem intermittentem excitabit, cum ex io mercurio crudo quo turget ſatis po- ens ſit & efficax ad febres intermittentes enerandas.

Crudus autem ille mercurius quo tur- ent fontes, nonullis in locis vdis & argil- oſis, præter cruditatem ſuam habet & liquid ſulphuris nitroſi excrementoſi, be- eficio cuius, producit liquorem in fon- e, melancholici humoris vires & virtu-

tes imitantem, cuius ope febres similes producit, & scabiem, & alias similes cutaneas deformitates, quorum vitio cutis defœdatur & deturpatur, ad quas curandas, mutandus est potus, aut saltem si non reperiantur alij fontes, corrigenda est eorũ aqua, seu liquor, aniso, fœniculo, & vino. Vt coguntur facere hi omnes qui habitant paludes, vbi potus aquæ pessimus est: quòd solum patrium sit vdum, & limo plenum, herbæ producendæ tantùm idoneum, & pratis opimis constituendis, vnde animalia & pecudes omnis generis inibi valde pinguescunt; homines verò ex solo potu illius aquæ pinguis & limo mercuriali plenæ & turgentis, elephantiaci fiunt, nî mutent potum, aut saltem corrigant vino optimo: vinum enim calore suo naturali & insito, crudum & indigestum mercurij liquorem coquit & digerit, & sic ventriculus hominum adiuuatur ne cruditates & apexias producat & generet ex potu illo crudo.

Ventriculus pecudum fortior est ventriculo hominũ.

Ventriculus verò pecudum & aliorum similium animalium non indiget tali fotu & iuuamine; quia fortior est & potentior vẽtriculo hominum in coquendis hisce cruditatibus, vnde pecudes pinguescunt, homines verò gracilescunt & aridi fiunt ex penuria alimenti, quod cùm crudum sit, & coctu difficile in substantiam transire non potest: Alimenta autem omnia inibi cruda sunt, & coctu difficilia,

ıòd aquæ quibus nutriuntur & generan-
r fructus omnes, & animalia, sint mer-
ırio crudo,& frigido turgentes & abun-
ıntes; nec ita in fructibus & animalibus
ırrigi potest, quin illius cruditatis adhuc
iquid redoleant, quod à ventriculo
ominum vinci non potest quin crudi-
tum illarum appareant scintillæ ex qui-
ıs morbi varij peculiares & patrij enas-
ıntur.

Concludamus ergo fontes, febres in-
rmittentes generātes, esse mercurio cru-
ɔ frigido & indigesto turgentes, ipsúm-
ıe illum mercurium ex cruditate sua, fe-
'es has omnes generare, propter ob-
ructiones illas quas producit ex crudita-
& frigiditate sua. Quod vt fugiant &
iitare possint venatores, & peregrini, &
atores omnes, consulo ne potent has
ıuas quas tardo motu exilientes conspi-
unt in terra, & solo pingui, & argilloso,
móque viridi pleno: hi enim omnes fon-
:s frigidi sunt, & cruditates pariunt &
bstructiones, vnde febres intermittentes
rogignuntur: si siti ingenti premantur
aucam bibant aquam, ósque tantùm
olluant, & quiescant in loco vmbroso;
ɔla enim quiete extinguitur sitis, si ex
ıotu corporis proueniat, et ita sanitati
onsulent, et febres has euitabunt quibus
iatores venatores, et peregrini fere om-
ıes obnoxij sunt ex solo potu aquæ in-
empestiuè facto.

Fontes febres efficientes vnde.

Vnde febres in viatoribus & venatoribus.

DE FONTIBVS QVI potu bronchocelem producunt.

CAPVT XVIII.

Vnde brõchoceles.

MEDICI fere omnes credunt, verúmque esse putant bronchocelem quo solent deturpari Sabaudi et Mõspyrrenei homines, exoriri ex glacie et niue fusiet in fontes delapsis, præcipuo anni tempote. Non nix, neque glacies, nec aqua quæ ex niue et glacie funditur et liquatur hoc tumoris genus progignit; at est spiritus salis congelans et coagulans, quo turgent aquæ omnes et fontes horum climatum: verum tamen est in niue et in glacie spiritum illum salis coagulantem turgere; nam dum frigus vrget et aquam condensat, spiritus aquæ sulphurei et vitales euanescunt, et remanent spiritus salis copiosiores et potentiores; vnde glaciatur aqua, dum priuatur spiritu sulphureo et vitali suo, et in aqua frigore condensata vigent spiritus salis, qui soli bronchocelem efficere possunt: qui humores serosos, et aqueos, et pituitosos vit-

Vnde glaciatur aqua.

ıte sua coagulanti et fixanti, condensant
: coagulant circa partes gutturis, vbi
ronchoceles progignitur ab humoribus
igidis et pituitosis, ab spiritu illo salis
ui in potu copiosus reperitur condentis.

Itaque non alia nobis est quærenda
ronchoceles causa, quàm spiritus ille sas coagulans et condensans, qui copiosus
t turgens reperitur in aquis omnibus
ıontanis tam ex situ loci, qui cùm petroıs habeatur ex inde spiritu salis abundat,
uàm ex frigore quod violentia sua spiriusˈsulphureos et vitales euaporat et exaurit, et inde spiritus ille salis coagulans
t fixans vegetior est in niue et glacie,
quàm in cæteris aquis quæ frigore non
ondensantur, cùm spiritus vitæ seu sulıhureus dum viget & potens est in aqua,
mpeditur ne frigore congeletur; at dum
uanescit & foras pellitur à frigore nimio, tunc temporis congelatur aqua, ab
piritu coagulante salis, qui in aqua glaciali viget, & sic aqua in crystallos conıertitur aliquando, absque vlla potentia resolutionis nouæ, ex siccitate nimia
ntroducta in humidum aquæ, ab ipso
piritu qui humidum aquæ firmitet congelat & verè fixat in crystallum: Quod
in niue & glacie contingere non potest,
quia facilè resoluuntur in aquam leuissimo calore solis; quia siccitas vltima &
extrema spiritus salis, non est introducta, Vnde crystallus fiat.

in glacie & niue, vt eſt in cryſtallis

Spiritus ergo ſalis, qui copioſus & turgens reperitur in aquis Sabaudiæ & Pyreneorum montium bronchocelem operatur. Quia in partibus laryngis & gutturis horum hominum qui inibi degunt, multa & copioſa reperitur pituitæ ſaburra, viſcoſa & tenax, pinguis & glutinoſa, & præcipuè in corporibus mulierũ, quæ cùm ſint hominibus frigidiores, pituita inde magis abundant, quæ cùm ſit ſalſa, & ſpiritu ſalis turgeat, inde facilè in tumorem congelatur & condenſatur, ab ſpiritu ſuo ſalis innato & naturali, qui fouetur & augetur magis ac magis potu illo continuo, & perenni aquæ, quæ turget ſimili & eodem ſalis ſpiritu.

Brõchoceles ab ſpiritu ſalis.

Et ſic producuntur ſchyrroſi & œdematoſi illi tumores circa laryngem, & partes gutturis, quos bronchoceles dicimus: qui tumores numquam ad ſuppurationem deueniunt; quòd calor naturalis ſeu vitæ ſulphur in hiſce tumoribus fere extinguatur, & quòd ſal abundet & turgeat in hiſce tumoribus qui corruptionem impedit. Ad quos tumores curandos & euaneſcendos excellit & potens eſt ſpiritus ſalis permixtus balſamo ſulphuris. Sal ſiquidem curat omnes morbos quos ipſe facit, & operatur, modò ſale vti ſciant Medici therapeutici; nam ſi ſalis acrimonia morbos nonnullos progignit, eius dulcedo cu-

Brõchoceles ad ſuppurationem non deuenit.

ıt. Si ſiccitas eius & coagulans virtus Brõchaceles cura.
ronchoceles parit & ſchyrros, humidi-
ıs eius, quæ eſt eius ſpiritus dulcis, eos
ſos tumores diſſoluit & diſcutit, & ſic ab
no & eodem fonte malum & bonum
xoriuntur & ſcaturiunt.

VNDENAM FONTES *aquæ dulcis in ipſo mari reperiantur.*

CAPVT XIX.

VERISSIMVM eſt centrum mundi terram eſſe, in quam tendunt & vergunt virtutes omnes totius vniuerſi, tanquam ad centrum mundi: vnde terra verè dicitur mater rerum omnium, & præcipuè fontium qui producuntur in vtero ſuo dulces & inſipidi, qui cùm ita ſint & exoriantur ex medio terræ, dum ex ea egrediuntur aquam maris inueniunt ſalſam, ſpiſſam, & craſſam, ponderoſam, & viſcoſam, & ſic cùm habeant qualitates contrarias permiſceri non poſſunt; nam fontium aquæ dulces, tenues ſunt, ſubtiles admodum & leues, & perinde aquæ maris illico permiſceri non poſſunt, vnde perueniunt ad ſuperficiem maris dulces

Cẽtrum mundi eſt terra.

Vnde fõtes dulces in medio mari.

ſubtiles & leues, donec tandem motu maris permiſceantur. Scaturigo tamen horum fontium motu ſuo violento, maris aquam penetrat,& quatit vndique ſinè permixtione vlla, donec ad finem motus ſui deueniat,vbi tandem quieſcit, & quiete ſua permiſcetur, varijs agitata maris fluctibus. Sic reperiuntur fontes dulces in medio ipſo maris Oceani, & Mediterranei, nonnullis in locis, qui admirationi ſunt nautis omnibus, quiſque ex terra ſcaturiunt,& per medium mare fluunt abſque vlla permixtione, quòd aqua maris,& fontis ſit contraria, & aduerſas habeat qualitates, huic permixtioni repugnantes. Quod valde mirari non debemus, cùm quotidię id fieri experiamur in Rhodano fluuio,cuius aqua cùm ſit dulcis,mari Mediterraneo permiſceri non poteſt, & ad multa ſtadia,& fere ad ſeptem aut octo milliaria extenditur Rhodanus per mediũ mare Mediterraneum abſque vlla permixtione, ita vt in medio maris Mediterranei aqua dulcis reperiatur & permiſceri nequeat mari, propter eius tenuitatẽ & ſubtilitatem, quæ craſſitiei & viſcoſitati marinę repugnat.

Rhodanus mari non permiſcetur.

Concludendum eſt ergo fontes aquæ dulcis, qui in medijs ipſis marinis aquis reperiuntur ex terra ipſa exoriri ab ſpiritu mundi, qui eos ipſos fontes producit & progignit in ipſo terræ vtero,ex quo deinde egrediuntur, & fluunt ad ſuperficiem

:ræ, quæ quamuis mari cooperiatur, nil impedit quin fontes producti ab spiri- mundi, huc tendant quò vergunt mo- naturali, & si mare inueniant, per me- um mare vt per mediam terram fluere guntur, nec ideò permiscentur, cùm uæ maris tenaces, viscosæ, ponderosæ, salsæ sint; aquæ verò fontium sint sub- es, tenues, leues, & dulces, & perinde cō- ıriæ qualitatis, & difficilis permixtionis, ıde ad tempus remanent impermixtæ il- aquæ, & fluunt & mouentur vndiqua- ıe ad tempus aliquod, donec motu agita- tandem permisceantur.

VNDENAM FONTES salsi in medio terræ reperiantur.

CAPVT XX.

NFINITI fere sunt fontes qui salem effundunt tam ad litus maris, quàm ex- :a litus maris longè ab ipsomari in medio :re terræ, in plano terræ & in montibus bi fontes salem effundentes reperiuntur. Qui ad litus sunt maris, hi quidem ex mari unt & veri fontes dici non merentur, sed psius maris aqua translata & transmissa in onticulum per cœcos & occultos terræ

Vndenā fontes salsi in medio terræ.

tubos & meatus, & ſic veri & legitimi fontes non ſunt, quòd in terra non progignantur, vt veri & alij progignuntur fontes ab ſpiritu mundi, vti dictum & probatum eſt ſuperiùs.

Salſi verò fontes qui in terra reperiũtur, qui ab ſpiritu mundi fiunt, & ita veri ſunt fontes, non ex mari ſunt; quamuis ſalſi ſint quia ſal liquidum in ipſis fontibus generatur ab ipſomet mundi ſpiritu tanquam à vera ſua cauſa efficienti et formali. Quod nonnulli Philoſophorum concedere non poſſunt: ſal enim omne exiſtimant ex mare ortum habere et ſcaturiri, quod tamen falſum eſt et erroneum; cùm in omnibus locis ſal produci et generari poſſit, vt et in mari generatur, quod ex fontibus ſalſis qui multis in locis ſcaturiunt, et ex montibus ſalis, qui in ipſis montibus Pyrenęis reperiuntur, et multis alijs in locis, ſat admodum teſtari poteſt.

Sal vbique produci poteſt.

Sal enim qui in his locis generatur et producitur in tanta copia et fertilitate, vt eius fodina exhauriri non poſſit, ex mari non poteſt exoriri; cùm aqua maris huc non perueniat, nec per cæcos, nec per apparentes et euidentes ductus. Sed ſolùm producitur à virtute naturæ, ope ipſius productricis facultatis, quę eſt ſpiritus eius, qui materiam elementorum his in locis miſcet ad productionem ſalis.

Sal omne non ex mari.

Et hinc probari poteſt cùm hîc in ſuperficie terræ natura ſalem producat, poſſe

etiam

etiam producere eumdem ipſum ſalem in cauernis, et in intimis terræ antris, cùm æquè potens ſit natura in ſuperficie terræ ac in eius cauernis; æqualis enim vbique locorum eſt naturæ poteſtas, modò locorum diſpoſitio æqualis reperiatur. Natura ergo cùm producat ſalis montes in ſuperficie terræ, in intimis etiam terræ antris ex eadem materia et ſimili agente, et æquali locorum diſpoſitione ſalem producere poteſt: cùm autem intima terræ antra, vda ſint et humida, ſal diſſoluitur in humido illo, et ſic cum humido illo fontes ſalſi progignuntur et fluūt, ad ſuperficiem terræ, cùm ſal ibi coagulari nequeat in ſolidam maſſam, ſed neceſſe eſt vt fluat in fontem, cùm ab humiditate nimia loci diſſoluatur in liquorem qui fontem conſtituit. Vnde fontes ſalſi.

Scimus chimicâ doctrinâ ſalem produci in omnibus mundi partibus, calore naturali ipſius mundi, qui dum agit in ipſum ſuum humidum, eum depaſcendo, vt nutriatur eo, deſiccat ipſum humidum, quod autem deſiccatum eſt in ipſo humido naturali, ſal naturale eſt, et radicale cuiuſcumque rei. Quòd ſi fontes, vt dictum eſt producantur ab ipſo calore naturali mundi et naturæ, poteſt fieri vt in quibuſdam locis calor ille naturalis ſit ita potens et efficax, vt actione ſua potentiſſimè ſuum materiale humidum deſiccet, ita vt appareat Sal naturale eius, & ſic Sal centrale,

& radicale quod innatum est in spiritu mundi et naturæ, apparet quibusdam in locis, et si dissoluatur ab humido aduentitio, fontes salsos cõstituit. Desiccatio enim humidi radicalis ab ipso naturæ calore, est productio salis, seu est actio cuius beneficio sal apparet, et in lucem producitur, alioquin enim inuisibile remanet in ipso humido radicali. Qui aquam coagulare sciunt virtute caloris continui et perennis in vase hermeticè clauso, sciunt etiam veritatem huius Philosophiæ, et ipsamet experientiâ, aquam continuo calore fieri salem; quia calor naturalis aquæ depascit continuò suum humidum, & depascendo desiccat ipsum, & in ipsa humidi radicalis desiccatione sal statim apparet, quod est naturale & radicale in centro cuiuscumque rei, & permixtum cum calido & humido innato rerum omnium.

Desiccatio humidi naturæ salem producit.

Concludimus ergo fontes salsos, qui in diuersis terræ locis scaturiunt & fluunt, non ex mari esse; at produci, & progigni ab spiritu naturæ in cauernis terræ, qui spiritus cùm in quibusdam locis potens sit, & turgeat calore innato, seu cœlesti lumine, virtute ipsius caloris potentissimè desiccat humidum suum, vt ab eo nutriatur: desiccato autem humido, siccum illico naturale apparet, quod est sal naturale. Quod deinde cùm dissoluatur ab humiditate nimia loci propinqui, vel alio quouis modo

ımidum externum confluere inibi po-
ſt multis ex cauſis, & ſic ſalem inibi pro-
ıctum diſſoluere & fontem ſalſum eo
ıodo conſtituere.

ı NDENAM FONTES *nonnulli hyemis tempore virtute ſua naturali exuantur; reliquis autem anni temporibus eam ipſam virtutem recuperent.*

CAPVT XXI.

ENSIBILI fere ſigno terra videtur & apparet fortior & potentior hyemis empore, quàm quauis alia anni conſtitutione; quòd per antiperiſtaſim frigoris, ıyemis tempore, calor naturalis ipſius erræ augeatur in cauernis & antris ipſius erræ; euaporari enim non poteſt, nec ürſum ferri ad ſuperficiem terræ, ad generationum & corruptionum vſum & vtilitatem, quæ in ſuperficie terræ fiunt: Et perinde cùm calidum illud naturale terræ fortius & potentius ſit hyemis tempore, fontes etiam tunc temporis debe- rent eſſe maioris virtutis & efficaciæ, quam

Vndenā fontes hyme sileant.

alio quouis, cùm principium virtutis & proprietatis fontium omnium sit potentius, certo certius hoc verissimum esset, si calidum illud naturale terræ, dum viget & turget in terræ antris, ibi retineretur & vnà cum fontibus flueret ad superficiem terræ, ad quam fluunt fontes: at ex aduersa terræ parte vbi æstas & ver florent ac vigent, attrahitur ille calor seu calidum illud naturale terræ, virtute solis, qui aduersam terræ partem excalfacit, poròsque eius aperit, & illuc attrahit calidum illud naturale, ad nutritionem & germinationem rerum omnium quæ inibi produ-cuntur: frigus verò ex alia aduersa terræ parte poros terræ constringendo, vbi viget hyems, ipsummet calidum innatum terræ compellit versùs terræ partem in qua viget ver & æstas: itaque compressione frigoris, & attractione caloris æstiui & vernantis, calidum illud naturale magis ac magis tendit ad partem terræ in qua viget ver & æstas, & non remanet vnquam in intimis terræ cauernis, sed semper tendit ad superficiem in quam trahitur virtute solis vigentis.

Calidū innatum terræ tēpore hyemis debile est.

Itaque calidum illud naturale terræ, seu spiritus mundi, qui terræ, & elementis omnibus innatus est, non est fortior & potentior in visceribus terræ hyemis tempore, quòd attrahatur in aduersam terræ partem virtute salis ver & æstatem constituentis in ipsa aduersa terrę parte; imò

ontrà minor eſt, vnde fontes hyemis
empore virtute ſua innata & naturali
riuantur, aut ſaltem eorum virtus eo
empore diminuta valde eſt, quòd eius
auſa & naturale principium diminutum
t & debile, quòd ad aliam terræ partem
opiosè feratur, ſole attrahente, vt vernan-
terræ & germinanti cauſam & principi-
m germinationis conferatur & aſporte-
ır: illic enim valde neceſſarium eſt prin-
ipium illud, quia naturalia omnia ibi ger-
ıinant, florent, & producunt fructus,
uibus enutriendis vtile ſolum eſt, &
eceſſarium principium illud vitæ, ſinè
uo nihil florere, ac germinare poteſt.
ræterea hyemis tempore vigent pluuiæ
iues, & glacies, & aquæ ex his congregatę
opioſæ valde ſunt quæ ſcaturigines fon-
um augent & multiplicant mixtione ſua:
: hac mixtione diminuitur virtus fon-
s, quòd aqua adueniens non æqualis ſit
irtutis & efficaciæ.

Nihilominus non æquè diminuit virtu-
:s fontium, ac receſſus ſpiritus mundi
erſùs terræ partem, vbi ſol viget; ſequi-
ır enim ſpiritus ille vitæ, fontem & ſca-
ıriginem vitæ, ſolem puta, qui ab om-
ibus fons vitæ naturalis habetur: nec
:manet plus illius ſpiritus in viſceribus
ſius terræ, vbi viget hyems, quàm nece-
rius ad vitam ſuſtentandam ne frigoris
gore extinguatur, & ſuffocetur.

Spiritus vitæ ſolem ſequitur.

Fontes igitur hyemis tempore virtutem

Fontes

hyemis tempore virtutẽ amittãt vnde. & vigorem amittunt, & recuperant vere, æstate & autumno, quòd spiritus vitæ mundi, qui est causa principalis fontium virtutis, hyemis tempore recedat, vere adueniat, æstate persistat, & autumno adhuc permaneat: vnde etiam virtus fontium omnium in hisce temporum constitutionibus viget ac floret, vt & mixtorum reliquorum virtus, quę hyemis tempore mortua & effœta videtur, ex priuatione copiæ spiritus mundi, qui dum aduenit, partes effœtas & quasi mortuas mixtorum omnium hyemis rigore, aduentu suo refocillat & restaurat; fontes autem tunc temporis vere aduenienre attrahunt spiritum illum, & prægustant illum, vt deinde cęteris terrę mixtis irroratu suo communicent: sunt enim fontes totius terræ prægustatores, spiritum enim illum totius naturæ pręlibant & prægustant, & deinde cæteris porrigunt.

Fontes spiritum mundi terræ distribuũt.

QVOD SPIRITVS mundi vbique locorum fontes producere queat.

CAPVT XXII.

Spiritus mundi SPIRITVS hic vniuersalis mundi sponte sua & inclinatione naturali fer-

ur ad productionem aquæ, ita vt non immeritò censuerint antiqui, aquā, primam esse rerum materiam; quòd aqua & spiritus in rerum serie visibiliter fere non distinguantur, nam omnis aqua habet spiritum hunc quo fouetur, quo nutritur, & quo conseruatur; & spiritus, vt naturæ inseruiat, naturali spōte mutatur in aquam. Vnde vbique locorum fontes producere potest, quod et experientiâ manifestum habemus: nam & hanc virtutem & energiam cernimus in rore solis, super cuius folia spiritus hic mundi fonticulum producit perennem & continuum; quacumque enim hora diei, vigente sole, & ardentissimo meridiei calore, folia eius rore perenni madescunt, ita vt guttulas roris stillent: Ardor & calor solis violentissimus qui flumina, stagna, & fontes exsiccat, non potest guttulas has exsiccare, & exhaurire quin perpetuò constantes & integræ permaneant super folia huius plantulæ. Quæ tanta virtute attrahendi hunc spiritum prædita est, vt sole etiam ardente, hunc attrahat spiritum, qui cùm naturali sponte feratur ad aquam, dum copia sua surget in rore solis, ibi super folia sua mutatur in rorem & aquam, nec vnquam exsiccatur & arescit, quia eius causa præsens est.

Fontes vbique produ-cit.

Ros solis semper humidus vnde.

Fertur etiam quòd in India Occidētali, insulas versùs Peruuianas, & in ipsa regione Peruuiana, in montibus eius vbi perpe-

Arbores in India

[...]uo rore madentes.

aurum & argentum copiosum est, dari species arborum pręgrandes & mobiles foliis & ramis, qui perpetuo & perenni fluunt rore, & ita copiosè fluunt, vt fontem, riuúmque constituant circa arboris truncum, cuius potu vtuntur incolæ, gratissimúsque & sanus est eius potus.

Arbores hæ prębent ansam & occasionem philosophandi & inquirendi, vndenam hęc scaturigo aquæ dulcis proueniat, quę non olet, nec sapit succum arboris, vnde non ab ipsa arbore oriri suspicandum est, quòd nullo pacto sapiat succum, sed tantùm ex superficie foliorũ eius ortum habere, vti superiùs demonstratum est in rore solis, & hìc in hisce arboribus clariùs adhuc demonstratur: videmus enim in superficie foliorum harum arborũ gustulas aquę dulcis produci, & in terrã decidere; nõ possumus dicere eas ipsas guttulas aquæ dulcis truncũ ipsius arboris emittere, attractione sua & in superficiem foliorum suorum pellere; saperet enim aqua illa, ac redoleret succum arboris: non potest enim aqua transire per totum arboris truncum, quin oleat & sapiat aliquid huius arboris; cum autem non oleat, nec sapiat quicquam, non per truncum ire, sed deforis foliis eius aduenire censendum est.

Arbores enim illæ pollent ac vigent virtute attractiua spiritus mundi, qui cùm copiosè attrahatur, nec possit ar-

bor fieri, aqua fit in superficie foliorum, harum arborũ. Vt et in intimis terræ cauernis, vbi metalla et mineralia solent fieri, virtus innata loci attrahit copiosum mundi spiritum ad generationem et productionem mineralium et metallorum, quod minerale et metallum fieri nequit, aqua fit subitò, tanquam mineralium et metallorum semen proximum: vt aquâ ipsâ semper constante & permanente, semen etiam metallorum constans & perpetuum in terræ cauernis habeatur.

Itaque ex hisce declaratis clarum est, & manifestum, virtutem productricem fontium non solùm vigere & florere in terræ antris, sed etiã in omnibus fere locis extra terram in ipsis vegetantium folijs, & in vacuo ipsius aëris, vbi spiritus ille vniuersalis naturali spõte sua, fertur in aquã.

Cacumina etiam ipsorum montium pollent & vigent eadem virtute attractiua spiritus mundi; ea siquidem cacumina, et montium iuga nubibus semper cooperta videmus, quòd attrahant spiritum hunc, ibique statim nubescit, vt in aquam conuertatur; et si camporum omnium latitudo, nubibus careat, et penitus nitescat, cernimus montes obnubilari, & caligine nimbosa turbari. Quòd calor internus montium attrahat copiosè spiritum hunc vniuersalem, ibique copia sua facilè mutetur in nubes & nimbos, vt hinc aqua vera fiat ad cacumina montium irroran-

Vnde fõtes in cacumine montium.

da, ne penitus ſiccefcant & tabeſcant, humido radicali mundi deficiente.

Certum etiam eſt Abietes omnes, virtute illa attrahendi ſpiritum mundi pollere ac vigere; ita vt ſingulę Abietes veris tempore fontem producant; quod ex Ligeris inundatione ſingulis ferè annis, verno tempore comprobari poteſt; cùm ad ſcaturiginem ipſius fluminis ſint ſyluæ abiĉtum, quæ verno tempore tantùm aquæ fundunt vt Ligerim fluuium in tantam molem excreſcant, quòd diluuium pariat.

Ligeris inundatio vnde ſit.

Concludamus ergo hiſce experientijs & rationibus, facultatem productricē aquarum non tantùm reperiri in terræ cauernis & antris, ſed etiam in omnibus fere locis, in aëre, in montibus, & in ipſis arboribus et plantis reperiri poſſe, modò ſpiritus mundi copioſè admodum hîc accumuletur et attrahatur qui aquam, vbique producit ac generat.



VNDENAM SIT, QVOD *fontes reperiantur, qui virtute vigent dum dies est, nocte verò careant omni virtute.*

CAPVT XXIII.

QVANTO magis centrum aquæ inquirimus, tantò penitiores & mirabiliores virtutes aquarum reperimus. Sunt enim fontes quorum virtus viget ac floret, dum dies est; noctu verò omni careant virtute; ita vt dum sol oritur, virtutes etiam exoriantur, & crescant ad meridiem vsque; à meridie verò pedetentim deficiant, deficiente sole: et sic cursum et præsentiam solis ipsius sequuntur. Quod mirum & naturæ rarum vnde veniat altiùs est inquirendum, et ab ipso sole deducendum.

Vnde fontes sint qui die vigeant tantùm.

Sol siquidem cùm sit pater ipsius spiritus vniuersalis, qui fontes producit, præsentia sua spiritum illum roborat & multiplicat in ipso fonte; absentià verò retrahit ipsum spiritum ab ipso fonte, et secum ducit in aliam aduersam terræ partem, donec iterum exoriatur et præsentiâ suâ, et lumine suo deducat spiritus suos in fontem, qui in fontem agunt, et sunt

Sol pater est ipsius spiritus vniuersi.

virtutes ipsius fontis. Lux siquidem solis, quæ est tenuissimus solis spiritus, in fontem descendit, & in aqua ipsa fontis virtutes suas exercet: cum verò abest, et absunt eius virtutes, quòd volatiles omnino hi lucis spiritus non vniantur omnino aquæ fontis, sed tanquam in speculo quodam perluceant et scintillent, et luce illa præsenti intimos et innatos fontis spiritus excitent, vnde virtus excitatur roboratis hisce innatis spiritibus, qui virtutem et efficaciam fontis constituunt.

Similem cernimus motum, in quibusdam floribus, qui præsente sole si explicant, et dehiscunt; absente verò complicantur, et se conuoluunt donec sol exoriatur qui ortu suo iterum explicat gemmas eorum, et sic singulis diebus dehiscunt, & singulis noctibus se conuoluunt, donec omnino pereant et tabescant. Quod naturæ sacrum ad aliam non possumus referre causam, quàm ad spiritus ipsius lucis, qui vigente sole et præsentia sua florent & copiosi sunt, innatósque vitales spiritus ipsorum florum roborant & multiplicãt, ita vt roborati & multiplicati gemmas florum diducant, et explicare faciant. Dum verò lumen solis abest, tali fotu destituti spiritus vitales ipsorum florum, & quasi marcescentes, gemmas claudere coguntur.

Pari omnino ratione fit in fontibus quibusdam: spiritus ille lucis innatus et natu-

is quorundam fontium ita roboratur
esſentia ſolis et lumine,vt virtus eius cui-
ns appareat, fotu tali circumſepta: dum
tem priuatur tali fotu, marceſcit adeò
non vigeat: ſpiritus ſiquidem quibus hi
ntes fiunt et producuntur, tantam ſym-
thiam habent cum ſpiritu luminis & ſo-
,vt perpetuo eius fotu indigeant vt con-
uentur.

Obijciet querulus quidam, cur fontes
nnes non mirum idem, et ſimile operā-
r; cùm omnes fiant et producantur ab
o luminis ſpiritu,cuius pater eſt ſol?Ra-
in promptu eſt, quòd pueri et filij om-
s nòn æqualiter ſequantur naturam pa-
s: Quilibet fons habet particularem ſpi-
um, qui à ſole, tanquam à patre ſuo de-
ndet; hic autem ſpiritus eſt particularis
ius ſolis: filij autem hi non omnes æ-
ualem habent virtutem ſolis,quamuis ex
le ſint omnes, et inde hi potius, quàm
ij ſolem ſequuntur et amant, cùm plus
rtutis et natura ſolis obtineāt. Hinc cla-
t quòd in productione fontium nonnul- Fontes ſolares qui.
rum, Sol ſæpe ſæpius magis ac naturæ
æ plus contribuet, quàm alius quiuis
aneta cœleſtis: vnde hi fontes ſic pro-
ucti ſolem imitantur magis, ac eius mo-
um ſequuntur quàm alij fontes, in quo-
ım productione minores fuerant ſolis in-
uxus.

Sic etiam obſeruari poteſt, Lunam et
lios nocturnos planetas, maiores et effi-

caciores influxus impendere in productione quorundam fontium, quàm diurnos planetas: sic etiam hi fontes noctis magis sequuntur naturam et motum, quàm alij, quibus sol et planetæ diurni præsunt.

Concludamus ergo fontes qui sequuntur naturam solis et motum, et qui diu virtutes suas manifestant, noctu verò occultant, piritu vitæ solari pollere ac vigere, qui interdiu vigere solet; noctu verò silere, et sic eius virtutes interdiu etiam florent, et noctu marcescunt, et omnino bescunt.

VNDENAM FONTES *nonnulli noctu vigeant, interdiu verò sileant.*

CAPVT XXIIII.

RARVM est, ac valde mirum Deum authorem naturæ, non voluisse virtutes omnes & proprietates naturales interdiu solū elucescere; noctémque etiam voluisse suis dotari virtutibus, & miris naturæ donis. Dies sola totas non excludit & expādit naturæ dotes, nox suas particulares habet ac retinet proprietates: vt luminibus peculiaribus illustratur, sic etiam

Nox suas habet virtutes.

particulari condonatur naturæ dote, & ixta naturalia possidet quę noctu solùm rtutes suas & proprietates ostendunt, & anifestant. Quod si nox etiam sua ha-at peculiaria animalia, quæ noctu solum as peculiares exercent actiones, sic & antas & arbores habere debet, quæ no-u plus virtutis & actionis, quàm inter-u possideant, vt animalibus nocturnis in-ruiant. Fōtes etiam nocturni esse debent, ii plus virtutis noctu, quàm interdiu ob-nent, noctémq; mirandam constituunt. Prægrandis est numerus florum qui pul-ritudinem suam noctu ostendunt, inter-u verò occultāt. Et arbores quàm multæ int quæ noctu fructus excludunt, & quod retiosius habent nocti consecrant, & de-icant.

Lumen etiam illud vitæ, quod est re-im omnium principium, nunquam ele-entis verâ vnione permiscetur, nisi no-tis tempore: vnde Philosophi Spagyrici, nigmaticè, dum loquuntur de mixtio-e illius luminis cum corpore elemento-um, asserunt noctem præbere vestimen-a lumini visibilia, ac palpabilia, vocánt-que lumen illud à natura ita præpara-um, diem noctis humiditate circumse-ptum.

Hinc vera ratio peti potest, cur sint fontes nonnulli qui noctu virtutes suas ostendant, & manifestent; non enim val-de mirum est, cùm lumen illud vitæ, re-

rum omnium principium vniatur & miſceatur elementis tempore noctis, reperiri mixta, plantas, arbores, & fontes qui ſpiritum illum vitæ in inſtanti ſuæ mixtionis cum elementis attrahant & ſugant, in alimentum & conſeruationem ſui ipſius, & inde plus virtutis habeant cum & principium virtutis & actionis tunc temporis plus ſugant, & attrahant, ſuáſque actiones tunc temporis magis manifeſtant, cùm à principio actionis & virtutis ſuſcitetur intimus calor ad actionem, vt recipiat alimentum & fotum naturalem ſuum quem illi competit.

Vnaquæque etiam res naturali inſtinctu ac propenſione fertur in amorem rei ſibi ſimilis tum ſubſtantia, tum qualitate. At ea omnia quæ noctu vigent ſimilem habent naturam cum Luna, & conſtellationibus nocturnis; hæ ſiquidem virtutes cœleſtes ea omnia quæ noctu vigent, compingunt ac componunt, & eatenus illis omnibus ſimilem infundũt naturam.

Cùm autem Luna & reliquæ conſtellationes nocturnæ noctu vigeant & polleãt, rationi conſonum eſt, vt illa omnia quæ nocturnarum conſtellationum ſequuntur eſſentiam, ſequantur etiam qualitates & virtutes earum: Cùm autem conſtellationes nocturnæ vnà cum Luna ipſa plus virtutis habeant noctis tempore, quàm luce diei, ſequitur hinc ea omnia quæ nocturnarum conſtellationum ſequuntur eſſentiam

[e]ntiam & naturam, plus habere virtu[tis] noctu, quàm diu: fontes autem multi [su]nt quibus Luna & aliæ constellationes [n]octurnæ peculiares & proprios instilla[r]unt influxus, & essentiam propriam lu[n]arem & noctu valentem communica[r]unt, vnde ipsi noctu vigent, diu verò si[l]ent.

Fontes nocturni vnde.

Sicut Sol, Solares habet suos fontes qui [d]iu vigent, multáque alia mixta quæ solis [n]aturã imitãtur; iustum etiam & æquum [e]st, et rationi naturali consonum Lunam habere sua peculiaria mixta, quibus adeò prædominetur, vt tempore noctis quo magis lunæ virtutes & proprietates elucent, elucescant etiam horum mixtorum proprietates. Noctis siquidem tempore in quo Lunę, aliæque nocturnæ cœlestes virtutes vigent ac florent, fontes qui cum his virtutibus ac potentijs cœlestibus concordant, suscipiunt plus virtutis & energię, concepto in se spiritu illo viuifico rerum qui ab astris nocturnis tanquam à quibusdam venatoribus, humiditate noctis tanquam rete mirabili captiuus incarceratur, & rerum omnium mixtis sic captus includitur, nec ab hoc carcere potest liberari vllo modo, quin à suo simili puro, et nondum vllibi locorum incluso liberetur.

Luna sua peculiaria habet mixta quibus dominatur & præest.

Quòd si tunc temporis spiritus hic rerum omnium virtus copiosiùs includatur mixtis, non mirum est si reperiãtur

Vnde fõtes nocturni

plus virtutis habeant noctu quàm diu.

fontes nonnulli, qui noctis tempore plus virtutis habeant, quàm plena diei luce, cùm noctis tempore causa virtutum eorum fontium sit præsens, sole autem præsente peregrinetur.

Vnde nonnulli fluunt tota nocte, die verò siccantur, cùm spiritus vitæ fontium pater noctis tempore aqua fiat, vagatur in lucem, & radios tempore diurnæ lucis.

Concludamus igitur fontes omnes quorum virtus & energia noctu viget, & quorum vnda fluit tempore noctis, dependere ex Luna, & nocturnis constellationibus, quæ quidem virtutem habent humectandi lumen, & ipsum corporibus elementorum immiscendi.

Lumen fit aqua noctu.

Lumen autem istud, corporibus elementorũ permixtum, est scaturigo & causa vera, efficiens, & materialis fontium omnium: cùm autem causa materialis & efficiens fontium omnium aqua fiat tempore noctis, hinc clarum est, fontes nonnullos vigere & florere magis eo tempore quo nascuntur & oriuntur, quàm alio quouis; cùm astra nocturna quæ fontes hos producunt, tẽpore productionis, plus infundant virtutis, quàm alio tempore: agens enim dum agit, suam virtutem infundit in materiam patientem, & hæc tunc temporis recipit: sic fontes hi ab astris nocturnis producti, virtutem horum astrorum recipiunt maiorem tempore noctis

quo producuntur, eámque virtutem manifestant efficaciorē & potentiorem, quàm alio quouis tempore.

VNDENAM SAPORES & odores varij in fontibus proueniant.

CAPVT XXV.

SAPORES & odores omnes qui in fontibus reperiri possunt ex spiritu mundi, fontium causa efficienti proueniunt: harum qualitatum varietas ex varia coctione elementorum quæ fontibus insunt originem habet; dum enim miscentur elementa ab ipso spiritu dum miscentur concoqui videntur ab ipso cœlesti calore ipsius spiritus, & in ipsa coctione gradum saporis & odoris acquirunt, qui competit mixtioni & coctioni, horum elementorum: id experientia quotidiana certum & manifestum habemus, in fructibus eiusdē speciei apud Italos, apud Gallos, apud Anglos, Germanos, & alios eiusmodi populos. Qui fructus etsi sint eiusdē speciei, tamen sunt diuersæ qualitatis, nec vno & eodem sapore & odore donantur, sed penitus vario ac diuerso, pro-

Sapores & odores in fontibus vnde sint.

pter diuersa climata, in quibus enascuntur hi fructus; quia in his diuersis terræ regionibus, calor externus solis varius ac diuersus est, & planetarum aliorum influxus etiam varius est, qui coctionem & pepasmum horum fructuum variat, & perinde humidum radicale eorum variat ac distinguit, quòd diuersis qualitatibus ipsum condonet, vnde varius in his omnibus fontibus sapor & odor.

Vt se habent fructus in diuersis terræ partibus, sic se habent fontes in diuersis terræ antris ac cauernis: in his enim cùm sint inter se diuersæ & variæ, variatur humidum radicale fontium: Sol enim & astra reliqua, varijs suis aspectibus, in diuersis terræ partibus dispositiones varias producunt in terræ cauernis, vnde fontes qui hîc producuntur varij sunt, cùm sol & astra lumine & influxu varia ibi sint: & proinde cùm varia sint influxu, effectibus etiam & productionibus variari oportet; hinc etiam qualitates fontium variari necesse est, cùm & substantia varia sit. Aciditate donantur nonnulli, amaritudine alij, dulcedine multi, insipidi quamplurimi, vinosi nonnulli, saliti, acres, & mordaces quidam. At potabiles insipidi, & sine odore vllo esse debent, ex puro solis influxu & radio volatili, cum puro elementorum humido, hoc est cum pura elementorum omnium substantia, cui humidum aëris, & aquæ præualeat; hoc est mercurij

vitalis prædominetur substantia: hinc enim tantum potabiles & alimentitij fiunt in rerum serie fontes.

Omnes hi varij fontium sapores, qui in varijs per totum orbem fontibus reperiuntur, non ex alio scaturiunt, quàm ex humido, seu mercurio fontium, qui varius factus est ac diuersus, ex vario & diuerso lumine Solis & astrorum, quæ mercurium hunc constituunt, & secundùm varietatem aspectuum solis & astrorum, variatur hic fontium mercurius, qui diuersis qualitatibus primis & secundis hinc donatur: hæque qualitates magis ac magis perficiuntur dum interno suo sole, hoc est calido naturali & innato, ad maturitatem & coctionem perducuntur.

Qui sciunt calido congelare aquam, experientiâ sciunt & intelligunt quid velim, & qua ratione vnum & idem coctione solâ continuâ, varijs in temporibus variatur, ac diuersis donatur qualitatibus ex sola continua coctione, quæ solem internũ rei suscitat, & sua occulta dona & proprietates manifestas & visibiles reddit.

Negare tamen non possum quin aliquando in fontibus portio quædam vitrioli, aut alterius alicuius mineralis admisceatur & ex horum mineralium mixtione adueniat fontibus peculiaris quidam sapor, qui quidem sapor cùm non sit naturalis, sed aduentitius ex mixtione accidentali, facili negotio per simplicem di-

ſtillationem ex aqua fontis ſeparari poteſt; alij verò ſapores cùm ſint inſiti & naturales, nullo artificio humano à fontibus ſeparari poſſunt; ſed vnà ſemper perſiſtunt, & vnà cum ipſis aquis commoriuntur & pereunt, niſi mutetur & alteretur ipſamet aqua fontis per coctionem internam ſolis terreni, hoc eſt caloris naturalis ipſius terræ, qui omnia terrena, & fontes, ipſos alterat & varijs qualitatibus ornat, ex varia coctione interna quam recipiūt fontes ex interno ſuo ſole, ſeu calido innato. Vt in fructibus apparet, qui ex coctione varia, quam ſuſcipiunt ex interno ſuo ſole, donec omnino intereant & conſumantur, ſemper varijs, ac diuerſis dotantur qualitatibus primis ac ſecundis.

Fontes quid altaret.

His itaque conſtitutis concludere poſſumus ſapores omnes qui in fontibus varij reperiuntur, dependere ex interno ſuo calore, ſeu ſole ac ſulphure, quod eſſentialiter fontes conſtituit, quódque ſulphur agendo in humidum ſuum radicale, quod & mercurium nos dicimus, dum variè coquit illud, variæ hinc exſurgunt qualitates & perinde ſapores, qui in fontibus reperiuntur varij, ex varietate coctionis humidi radicalis eorum ſeu mercurij, ſeu ſpiritus mundi in ipſis fontibus indiuiduati originem habent. Etſi in nonnullis ex mixtione mineralium nonnullorum, vti vitroli, ſulphuris, Salis, & ſimilium dependeant, quæ tamen mixtio accidentalis

Sapores & odores in fontibus ex calore interno dependent.

est, & non essentialis, eiúsque causa indagatu facilis est, cùm ex occursu mineralium horum dependeat.

VNDE NAM FONTES vulgares & potabiles, æstate frigeant, hyeme verò caleant.

CAPVT XXVI.

PHILOSOPHORVM omniū turba, communi omnium consensu, asserit, aquam fontis vulgaris & potabilis æstate frigere magis, quàm alio quouis tempore; imò & hyeme calescere propter antiperistasin. Est autem inter philosophos antiperistasis compressio vndique circumfusa frigoris vel caloris, hoc est actio caloris pellentis & comprimentis vndique calorem. Vt verbi gratia dum æstate calor in superficie terræ viget: calor ille vigens comprimit vndique frigus, & pellit ipsum in intimis ac profundis terræ cauernis: vnde cauernæ tunc temporis frigent & quicquid in ipsis reperitur friget etiam: dum verò hyemis tempore viget frigus in superficie terræ, frigus illud vigens, calorem pellit ac comprimit in intimis terræ antris, & sic interiora terræ calent hyemis tempore. Reciproca autem hæc actio ca-

Antiperistasis quid sit.

loris & frigoris inter se,dicitur antiperista-sis: cui soli Philosophi fere omnes attribuunt causam quâ potissimum fontes æstate frigidant, hyeme verò calescunt:cùm enim interiora terræ hyeme per antiperistasin caleant, sequitur inde fontes qui ex intimis terræ scaturiunt calescere per eandem antiperistasim,& sic etiam æstate frigescere: hic est hac de re communis Philosophorum omnium sensus & opinio; quæ tamen non mihi arridet, ac omnino placet, cùm non satisfaciat omnino quæstioni; nam adhuc superest quærendum, cum antiperistasis hæc fiat, vndenam frigus calorem compellat, & vndenam calor frigus vndique æstate comprimat: calidum enim cum sit agentium omnium potentissimum,frigus ipsum semper vincere,ipsúmque catenis vinctum tenere deberet, in intimis terræ antris, tanquam in locis remotissimis ab ipso caloris throno.

Cœlum est fons calotis.

Cœlum siquidem est pater & fons caloris, (cum sit fons & origo luminis, à quo calor omnis dependet,vti alibi probauimus) terrámque vndiquaque circundat & calefacit eam suo vitali lumine & calore; vnde frigus deberet in intimis terræ antris semper repercuti, & interiora terræ semper frigescere deberent ex repercussione frigoris, & inde fontes etiam frigescere omni tempore deberent: nihilominus experientia ipsa compertum habemus, nunc interiora terræ calescere,& nunc frigescere &

ſic per vices alternas caloris & frigoris pati actiones, & ſic etiam fontes nunc caleſcere & frigeſcere videmus, per antiperiſtaſin illam frigoris & caloris, cuius cauſa ſupereſt perquirenda, vt veram et legitimam cauſam pernoſcamus cur fontes hyeme caleant, & æſtate frigeant.

Fontes ergo æſtate frigent, cùm calor naturalis, & inſitus ipſius terræ, ſeu lumen internum & naturale, quod omnibus elementis à Creatore ipſo implantatum eſt, tunc temporis ad ſuperficiem terræ magno impetu concurrat, vt nutriat, foueat, ea omnia quæ egent illo lumine vitali, vt eo alimento & fotu ad germinationem & productionem concitentur. Itaque cùm calor innatus terræ totus ad ſuperficiem concurrat æſtatis tempore, vt mixta omnia nutriat, foueat, ad germinationem concitet, ſupereſt vt interiora terræ tunc temporis deſtituta calore ſuo naturali frigeſcant, & omnia quæ inibi ſunt, & præcipuè fontes frigoris perſentiant effectus. Æſtate cur interiora terræ frigeant.

Hyeme verò calent fontes, & interiora terræ, quòd innatus terræ calor tunc temporis ad ſuperficiem terræ non attrahatur, imò poris terræ condenſatis à frigore externo impeditur ne exhalet, imò totus conſeruatur & ita creſcit & multiplicatur, quia ſol internus ipſius terræ dum radios ſuos effundit ad ſuperficiem terræ, cum ipſam frigore conſtipatam & quaſi con- Hyeme cur interiora terræ caleant

ſtrictam inuenit, vnde repercutiuntur ipſi radij versùs fontem : ſuum & ſic multiplicatur calor internus terræ, & viget tunc temporis æſtas in intimis terræ, & ſic coquuntur omnia terrena, & pepaſmum conſequuntur, quæ alioquin percoqui non poſſent, & perfectionem conſequi.

Hæ veræ ſunt ac legitimæ antiperiſtaſis cauſæ, quæ non ex fuga frigoris, vel caloris dependent; at ex vera attractione caloris, & ipſius conſumptione, in ſuperficie terræ dum viget æſtas, in enutriendis & fouendis mixtis, vel ex retentione ipſiuſmet caloris in intimis terræ dum viget hyems, ad enutrienda & fouenda tunc temporis ea omnia quæ in intimis terræ progignuntur.

Vt hæc doctrina clariùs intelligatur, ſciendum eſt, calorem vitalem totius naturæ centrum habere, in quo viget, centrum mundi, & totius naturæ creatæ, eſt centrum terræ: in centro ergo terræ viget calor vitalis totius naturæ : id ex particularibus naturæ mixtis (quæ ſingula, mundi naturam integram repręſentant) colligere licet: in centro enim cuiuſcumque mixti viget calor vitalis ipſius. Si ergo id in ſingulis naturæ mixtis reperiatur, in ipſomet totius naturæ corpore idem reperiri neceſſe eſt.

In cẽtro terræ viget calor naturalis.

In centro ergo terræ viget ac floret calor ſeu ignis vitæ, qui ex ſeipſo perennes

effundit vitæ radios ab ipso centro vsque ad superficiem, quę si tempore hyemis frigore vigeat, poris eius frigore obseratis continetur ipse vitalis ignis in suo sinu, & multiplicatur, cùm non exhalet & sic crescit vitalis ille ignis hyemis tempore. Si verò eadem superficies calore externo solis calefiat, tunc temporis reserantur pori ipsius, & per poros terræ apertos exhalat & euaporat ignis ille naturalis terræ conclusus, & sic euaporato calore, & igne exeunte temperantur interiora terræ: imò frigent, diminuta ipsius causa. Hæc est vera causa cur hyeme interiora terræ calent; nisi enim in centro terræ calor naturalis & insitus adesset perennis, & ab ipso centro perenniter ascenderet ad superficiem, frigus extremum hyemis non posset intima montium calefacere detruso inibi calore, qui in superficie terræ perfusus reperitur: calor enim non intima montium peteret, nisi & fons caloris in intimis ipsis montium adesset, sed potius cœlum versùs aduolaret, cùm ab ipso cœlo descendat.

Calor omnis à cœlo non lumine descendit.

Ex his concludamus fontes hyeme calescere, & ęstate frigescere, non ex antiperistasi; at quia calor naturalis & insitus ipsius terrę maior est hyemis tēpore, quàm alio quauis: frigescere verò æstatis tempore, quia eo tempore, calor ille (qui & nobis Sol, & sulphur vitæ, & ignis dicitur) minimus est cùm ad superficiem terræ co

tempore attrahatur ab ipsis naturę mixtis, vt eo nutriantur, foueantur, & ad prolem excitentur.

VNDENAM MOTVS *fontium versùs diuersas mundi partes.*

CAPVT XXVII.

Vnde motus aquarũ versùs varias mundi partes.

DIFFICILIS admodum est hęc quęstio, vndenam fontes hi Oriẽtem versùs, alij versùs Occidentem, ad Septentrionem quamplurimi, ad Meridiem multi moueantur. Infiniti fere Philosophi hanc tractarũt quęstionem, & asseruerunt aquam naturali sponte mobilem esse, cùm liquida sit & fluida, terminóque aliẽno cohibeatur.

Alij verò Philosophi causam huiusce motus cœlo tribuunt, cùm motu suo quęcumque liquida sunt & fluida secum trahat & moueat. Alij verò gibbosę naturę terrę & rotunditati: circa quam aqua perenniter decurrit, vt ipsam terram sinu suo cohibeat. Sunt verò multi qui aëri motus istius causam condonent, cùm aër in perpetuo sit motu, & aquam ipsam termino suo cohibeat: vnde cùm terminus aquę moueatur, moueri & ipsam aquã ne-

cesse est; quod experientia ipsa comprobant: dum enim aër immotus est & tranquillus, immota etiam aqua est, & verè tranquilla, ac sinè vllo motu: claudite aquam vase vitreo, immotum maneat vas, immota etiam manebit aqua, nec vnquam mouebitur, nisi moto vase quo continetur.

Prima opinio qua asseritur aquam naturali sua sponte moueri, cùm liquida sit, & termino alieno contineatur, verissima est. Et reliquæ omnes alię opiniones itidem verę sunt, cùm ad vnam & eandem opinionem redeant, si rectè explicentur: spiritus siquidem mundi qui mouet, & excitat omnia elementa, aquam pariter mouet vndiquaque versùs omnes huiusce mundi partes, secundùm attractionem diuersam quam operantur partes mundi diuersę: Occidentales siquidem non attrahunt Orientales; nec Orientales Meridionales, nec Meridionales Septentrionales; sed vnaquęque pars, quod sibi simile, est attrahit. Vnde fontes qui suam originem ex partibus Orientalibus cœli habent, hi omnes versùs Orientem cursum habent & mouentur, nec vnquam ad alias mundi partes mouebuntur; quia spiritus qui fontes hos produxerunr orientales sunt, & ex cœli parte orientali oriuntur; vnde quod productum est in terris ab ipsis spiritibus, semper versùs fontem & scaturiginem suam tendit ac vergit.

Et ſic fontes omnes alij qui in diuerſis alijs mundi partibus originem habent, versùs partes cœli mouentur ex quibus ſpiritus cœleſtes deſcenderant ad fontes producendos.

Et ſic fontes naturali ſponte mouentur versùs partes cœleſtes ex quibus ſpiritus productores ſuſceperunt.

Concludendum ergo eſt, fontes moueri versùs diuerſas mundi partes, ab ſpiritu mundi vniuerſali, qui eorum fontium eſſentiam & naturam conſtituit. Qui quidem ſpiritus cùm ab omnibus mundi partibus diffundatur, at in omnibus mūdi partibus producenda producat, fontes qui ab ſpiritibus Oriētalibus producuntur, versùs Orientem ſemper curſum habent, quia cauſas productrices ſequuntur, & naturali ſponte versùs originem tendunt.

Fōtium motus ab ſpiritu mundi.

Sic & partes aliæ cœleſtes quę ſpiritum hunc vniuerſalem terris communicant ad fontes ibi producendos, versùs ipſas fontium motus compellunt ac dirigunt, vt ſemper eò tendant, quò productores ſui ſunt: Sic arbores omnes, & vegetantia cuncta, innatum hunc imitantur motum, partem cœli reſpiciunt ex qua potiſſimum peculiarem ſui cauſam ſuſcipiunt: fortuitum enim non eſt, arborem & plantam aliquam, eandem cœli partem aduerſam habere, quia id innatum eſt & naturale, omnibus vegetantibus partes cœli, ſui productrices ſemper aduertere. Sic pariter

fontes agunt, curſus ſuos dirigunt versùs cœli partes, ex quibus perenniter ſpiritus fontium productores deſcendunt, tanquam ex inexhauſto aquarum pelago.

CONCLVSIO LIBRI primi Hydrographi ſpagyrici.

QVAMPLVRA diximus hoc in primo Libro de natura, & eſſentia, de origine, ac miris fontium effectibus in genere. Ad perfectionem tamen Operis de fontibus in particulari nobis iam ſupereſt dicendum, vt miros ſpiritus mundi effectus in fontibus conſpiciamus: quos quidem effectus ad cauſas occultas referunt multi, & fere omnes Anthores qui de natura miris tractant, ſpiritum hunc neſcientes, & lumen ipſum natura ipſo Sole coruſcante, & radiante conſpicere nolentes. Neſcio quo fato id factum eſt præteritis in ſæculis; iam verò Dei gratia id in dies clariùs & nitidiùs eluceſcit, & mentes omnium Authorum irradiat; ita vt cauſas illas occultas tanquam vetularum ineptias iam ab ſcholis eliminare incipiant Doctores.

Solus hic eſt ſpiritus qui naturæ mira patrat: abſque illius ſpiritus actione natura mortua iacet, vt multis in locis Operum noſtrorum patefecimus, & adhuc clariùs Deo dante oſtendemus ſequenti in libro de fontium miris effectibus. Quidquid enim

Omnes naturalis actio ab spiritu est.

rum est, & mirum in elementis, id ab spiritu lucis, qui spiritus mundi est, dependet & originem habet.

Qualitates primæ & secundæ nihil fere dant cognitionis rerum mirandarum, sed solus est hic spiritus, qui intrinsecus & extrinsecus totam naturam suo lumine irradiat, & nihil est occulti quod non manifestetur ab ipso: Qui ipsum nouit, habet solem vbique anteambulonem, nullibi tenebræ reperiuntur. At verò qui ipsum ignorat, verè cæcus est, omnia illi occlusa sunt, & densissimis tenebris obuoluta. Quod videt & palpat ignorat quale sit, & quid sit, & aliorum dictis, & scriptis fidem habere cogitur.



HYDRO-



HYDROGRAPHI SPAGYRICI, SEV DE FONTIVM miris virtutibus,

LIBER SECVNDVS.

DE FONTE QVI REPERITUR in pago de Belesta, in Saltu Pyrenæo.

CAPVT I.



FONS hic situs est intrà montes Pyrenæos, in Saltibus Pyreneis, in valle vna, intrà duos altissimos montes, ad radicem montis dicti Estorbe, vnde nomen fontis: horarios patitur æstus à die festo S. Ioannis Baptistæ incipiens, & pergens, & continuans ipsos æstus sinè vlla intermissione vsque ad Natiuitatem Domini, quo tempore fluit perpetuò, ex spelũca fornicatim excauata ad radicẽ montis sui qui ex natura sua & sponte præscin-

Fontis Estorbe descriptio.

ditur in præcipitium, ad radicem cuius scaturit fons ille, qui mira sua scaturigine Philosophos omnes stupefacit, & in admirationem rapit: nam tanta aquæ copia fluit, vt in ipso scaturiginis limine moletrinas quatuor, vbi ferrum liquatur, claues aguntur, & arbores scinduntur in asseres magna incolarum cōmoditate & vtilitate agitet. Quādo hyberna tēpestas valde sicca est & frigida, nec imbribus perturbatur, tunc temporis horarios suos patitur æstus vsque ad sacrum Paschatis diem, quo mira annonæ fertilitas præsagitur. Cùm verò in ipso Octobri mense, vel Nouembri cessat ille horarius fontis ipsius æstus, sterilitatem annonæ denotat. Itaque incolæ habent in ipso fonte certissimum fertilitatis & sterilitatis præsagium. Rationes naturales vnde id fiat certæ sunt his omnibus, quibus scaturigo fontis huius nota est; fertilitas siquidem terræ dependet ex copia spiritus mundi, qui vera est pinguedo terræ & centrum fertilitatis, à quo virtus germinandi procedit.

Fons dictus Estorbe sterilitatem & fertilitatē annonæ prænunciat.

Cùm verò fons hic tota hyeme æstuat, signum certissimum est spiritum mundi, qui æstum hunc operatur in fonte ipso, copiosum esse, & valde turgere, neque euocari ab alia terræ parte huic opposita, sole à nobis recedente, vt æstatem producat in alio hemisphierio, aut saltem signum est spiritum mundi non obtenebratum esse, & stupidum factum aquarum hyema-

Spiritus mūdi est centrum fertilitatis.

lium copia, qua vigor & virtus spiritus istius obtunditur, & copia germinis multo minor est, herbarum quantitas & palearum moles producitur, grani verò & seminis parum, dum hyems pluuia scatet, & madida est.

Quando verò frigida & sicca est, spiritus tunc tēporis separatur ab omni phlegmate & seroso humore, vnde altiùs & profundiùs totam penetrat terram, & magno se corpore miscet, & semina cuncta fecundo suo nectare imbuit, & prolificos copiosos fœtus educit. Fons ergo dum æstuat hyemis tempore, inopiam aquæ in interioribus terræ denunciat: nam si aqua copiosá esset, fons non æstuaret, at perpetuo fluxu & continuo flueret, & perennes funderet aquas, à quibus spiritus mundi vigor, & virtus obtunderetur, frigidis ipsis aquæ qualitatibus: cùm verò his spoliatur, purus putus est, & sua essentia simplici terram fecundat.

Cùm verò æstus suus maturè cessat, & toto hyemis tempore perennes & continuas suas fundit aquas, tunc temporis pluuiosa, frigida, & algida indicatur hyems, & aquam elementarem nimis in interioribus terræ antris abundare, quæ spiritum hunc, fertilitatis causam, sua copia obtundit & obstupefacit vnde virtus eius minor est, & sterilitas oritur, quòd semina quæ terræ creduntur ad germinandum vdore nimio putrescant & corrum-

pantur: sic fons hic, suis æstubus fertilitatem & sterilitatem annonæ denunciat. Qui æstus nullam aliam habent causam, quàm eam quam diximus & declarauimus in primo libro huius Operis, cap. 10.

Vndenâ horarius æstus fontis Estorbe.

At vndenam est horarius, & cur spatio viginti quatuor horarum, quater vigesies repetitur? id oritur ex copia spiritus mundi, qui in origine huius fontis copiosus valde est. Et aquam quam producit intrà horam, certum est impedire exitum spiritus huius, suo corpore denso, eóque frigido; itaque spiritus comprimitur & ne exeat impeditur: vnde crescit spiritus & copiosior factus, & inde fortior, pellit cum impetu aquas quas ipse produxit & cumulauit in vnum: & hic impetus per horam integram continuatur, donec copia spiritus exierit, & hoc fit potius æstatis tempore, quàm hyemis; eò quòd in ipsa æstate, spiritus mundi qui mineralibus fabricandis & producendis impenditur, turget tunc temporis in intimis terræ cauernis. Et aqua frigidior est & copiosior in ipsis locis, quàm alio quouis tempore, vnde copia sua, & frigiditate poros terræ condensat, & comprimit, ita vt liber non pateat exitus spiritui mineralium.

Hyemis verò tẽpore spiritus ipse minor est in cauernis terræ, quòd euocetur ad aliam hemisphærij partem, in qua sol viget, & æstatem facit & suo magnetico ca-

lore, & radio, ſpiritum hunc ſui ſimilem attrahit ad germinationem in rebus faciendam.

Addam etiam quòd hyemis tempore in terræ antris calor vigeat, vnde aqua quę in ipſis terræ cauernis reperitur, caleſcit, vnde rarior eſt, & permeatu facilior ab ipſo ſpiritu; inde aqua hyemis tempore motu violento non pellitur ad exitum, ſed motu perenni & continuo: quia etiam forſan totus mineralis ſpiritus tepore terræ in aquam conuertitur, & ſic cùm totus conuertatur in aquam ſpiritus, motum illum præter naturam aquæ non excitat.

Hæc eſt, nî fallor, vera & legitima ratio cur hic fons horarios patitur æſtus æſtatis ſolo tempore, & aliquando in ipſa hyeme, ſi hyems æſtatis conditiones & proprietates æmuletur.

Anno 1624. & 1625. totis hiſce fere annis, horarios ſuos hic fons paſſus eſt æſtus, propter copiam & abundantiam ſpiritus qui in hiſce annis copioſus fuit, & mutationes inſignes indicabat, in tota rerum humanarum ſerie: vnde per totam Galliā deuicti ſunt, & ſuperati hæretici, & præcipuè vbi fons hic æſtus ſuos excitat, vbi Dominus Franciſcus d'Amboiſe, Comes d'Aubijoux, Chriſtianus & Catholicus rigidus, ſumma cum pietate, & ad Chriſtum fide, Caluiniſmum, & profeſſionem ipſius hæreſeos, ex profeſſo clientibus Mira de fōte Eſtorbe.

suis omnibus apud locum de Belesta, interdixit, ac prohibuit, & violatoribus interdicti huius pœnas summas indixit, vnde mors nonnullorum clientium subsequuta est, & præcipuè Ministri huiusce hæreseos. Tandem persistente Domino Comite, hæretici conuersi sunt omnes, & veterem religionem Catholicam & Apostolicam Romanam amplexi sunt.

Hosce motus varios & insignes in Religione Christiana indicabat motus ille insignis huiusce fontis; cùm spiritus mundi, Christi veri verum symbolū cùm copiosus est & abundans in rerum serie mutationes insignes facit, & corpora in optimum sui statum & conditionem reducere tendit, vnde cùm & corpora mutentur in melius, sic & passiones animarum, & cultum ipsum diuinum reformatur in melius. Vnde ex cœlo ipso possunt augurari hæreses & earum initia, & mortes.

Qua ratione ex cœlo possunt augurari hæreses & animi motus.

Fuisset eradicata omnino hæresis illa ex animis omnium, si quamplurimi Comites d'Aubijoux in Gallia reperti fuissēt, qui simili animo spinas illas & tribulos, ab Ecclesia Catholica euulsissent, dum cœlum & terra id ipsum infinitis datis signis proclamabant.

Signum destructionis Rupellæ.

Eodem ipso tempore, & eodem anno, antequàm Rupella obsidionem passa fuisset, datū est ad litus ipsius Rupellæ signum præclarum, & notissimum ipsius destru-

ctionis, & proſtratæ hæreſeos, nam aqua maris facta eſt dulcis & amaritudinem, ſuam & ſalſedinem depoſuit: ſignum certiſſimum Rupellam tandem ferocitatem & agreſtes ſuos animos & cultus deponere debere, & tandem dulceſcere, & ad Eccleſiæ Romanæ dulcedinem tandem deuenire, recedente amaritudine hæreſeos Caluiniſticæ.

Myſteria hæc naturalia occulto & recluſo ſuo ſenſu hæc iudicare volunt, quæ tamen nullo humano ingenio poſſunt ſic explicari, cùm cauſas cur ita fiant perpendere nolint, ſed ad alias rerum cauſas id detorqueant: veluti dulcedo huiuſce litoris marini, ad inundationem Ligeris refertur; cùm tamen Ligeris incapax ſit totum littus huiuſce maris in aquam dulcem permutare. Id ſolùm referre debemus ad ſpiritum mundi, qui actione ſua dulces aquas facere poteſt, imò colochyntides & aloëm ipſa dulceſcere poteſt: vnde & litus hoc ſuam amaritudinem & ſalſedinem ſpiritu ipſo amittere potuit, vt incolæ ipſius litoris notam haberent Dei gratiam & miſericordiam, qua emittit ſpiritum ſuum, & renouat faciem terræ & maris: vnde & multi hæretici hæreſim abjurarunt & gratiam illam diuinam prægustarunt, effuſo de nouo ſpiritu, quo renouati ſunt.

DE FONTE QVI dicitur Son.

CAPVT II.

Fontis Son descriptio.

FONS hic ſitus eſt in Pyrenæis, prope montem Tabor nuncupatum, Hiſpaniam versùs. Huius fontis ſcaturigo parua, eſt napello circundata, & inde venenoſa, animalibus cunctis quæ ex eo bibunt fonte, lethalis eſt potus, & quidem intrà paruum ac breuiſſimum tempus.

Quamplurimi huiuſce fontis venenum napello dederunt: egometipſe in Palladio meo huiuſce fui opinionis; at in præſentiarum prudentior factus, mutaui ſententiam, & aſſero venenum huiuſce fontis ex natura ipſius fontis, & non ex corruptione ipſius napelli in fontem cadentis.

Spiritus ſiquidem mundi qui fontes producit, & omnia in rerum ſerie, dum fontem ipſum ex materia elemẽtorũ, producit, in eo ipſo fonte Arcenicum ſpiritnale producit, quod aquæ permiſcetur: facillimum eſt huic ſpiritui venenoſo, aquæ fontis huius permiſceri, cùm ipſe ſit in principio ortus ſui, aqua ſubtilis, vel vapor, vnde Arcenicum & Realgar omne

producitur. Et nisi hac in parte, seu loco fons scaturiret, ex spiritu illo venenoso produceretur verum Realgar & Arcenicum; at fons impedit illud, & quod Arcenici seminis est, fluxu suo & aqua sua rapitur, ita vt nunquam coaguletur; at spirituosè fluat cum aqua fontis: vnde potens est & validum in aqua venenum, cùm semen veneni validius sit & potentius quàm eius corpus, cùm in corpore coagulatum sit semen veneni, & in coagulatione moderetur & temperetur eius actio. Id in peste clarum & manifestum est, cuius venenum spirituale semper est, & seminis essentiam, non corporis imitatur, ratione cuius potentissimas exercet suas actiones: dum verò ex seminis natura & essentia, abit in corpus, & ex spirituali sua natura in solidum corpus trãsmutatur, tunc temporis veneni qualitates ferè omnes amittit, & pestis cessat, dum venenum eius coagulatur in corpus aliquod: quia tunc temporis venenum pestis non est communicabile, & extra sphæram sui corporis, agere non potest cùm inibi terminetur eius actio. Sic de veneno fontis huius asserendum est, quod potens est & validum cùm spirituale sit, & nondum in corpus coagulatum, sed semen veneni habeatur, vnde potentissima est eius actio. At si coagularetur in corpus aliquod minerale, animale, aut vegetabile, tandem eius venenum cessaret & euanesceret, & intrà cor-

Venenũ spirituale potétissimũ.

poris sui limites coërceretur: napelli tamen quantitas generatur in ipso fonte, & circa eius scaturiginem; quæ quidem napelli quantitas, fontis huius venenum minuit & extinguit, quòd spirituale illud veneni semen, ad napelli generationem partim consumatur & impendatur, non tamen omne semen impenditur, sed adhuc superest multum, ex quo venenum apparet.

Nihilominus si napelli quantitas tanta non esset, quanta est, existimo venenum fontis huius adhuc fortius esse, & in omnes transeuntes sæuire posse: at quia napelli productio maiorem veneni vim ad se trahit, ideò minor est veneni huius virtus. Sic Deus mali totius naturæ victor & moderator, malum hoc minuit germinante & pullulante napello, qui venenum hoc coagulat, & in sui ipsius corpus figit, & condensat, & sic volatilem & communicabilem eius naturam compescit.

Si fodina tandem Arcenici, vel Realgaris alicuius fieri hîc possit; credo tandem arefieri posse fontem hunc, & fortasse centum abhinc annis id continget, fixabitur tandem spiritus hic venenosus in fodinam Realgaris alicuius, & sic arescet fons: nihilominus tamen fons perdurare potest, extincta tamen omni venenata qualitate, quia fixabitur ipsa veneni substantia in fodinam aliquam venenatam

& tamen aqua fontis aqua perennis erit, cùm & ipsa fontis aqua,& venenum ipsum aquæ permixtum inter se distinguantur, vno pereunte: aliud persistere potest, sic tandem fons hic amittet venenatam omnem substantiam & potabilis tandem fiet; quo miro stupefient omnes qui eo tempore viuent.

Qua ratione fontes venenati tandē extinguātur.

DE LACV SANCTI *Bartholomæi apud Fuxenses.*

CAPVT III.

IN Comitatu Fuxēsi supra montem Tabor dictum (qui ad Dominum Baronem de Mirepoix pertinet) datur lacus insignis aquarum multarum, profundus valde & altissimus, & trutis magnis fertilis admodum. Adeò profunda est eius aqua, vt nigra ex profunditate & altitudine appareat, potabilis & salubris est, nullibi diffunditur eius aqua, at stat immobilis & permanens in cacumine montis huius: hyeme non crescit, nec æstatis ardore & siccitate diminuitur. Vulgò fertur eius aquas motu aliquo arte facto commotas,

Lacus S. Bartholomæi descriptio.

vel lapidum iactu, vel agitatione baculorũ, dare, & excitare pluuias insignes, tonitrua, & fulgura. Quod fortasse aliquando contigit tempore & cœlo sic disposito; mense enim Augusti, in quo solo tempore licet montem hunc conscendere, cùm absit tunc temporis nix, qua cooperitur mons toto fere anno, excepto solo mense Augusti, disponitur cœlum in hac regione ad pluuias, procellas, tonitrua, & fulgura: vnde si hoc in tempore agitetur aqua lacus, & adueniant insignes aëris procellæ & mutationes, non agitationi, sed tempori id condonandum. Nihilominus si hoc naturæ mirum ex agitatione lacus contingat, dixi rationes & momenta huiusce mirandi in Palladio meo: cùm id fiat ex vaporibus & exhalationibus quæ exeunt ex lacu agitato & commoto, in ipsamet regione aëris, in qua meteora illa fieri solent.

Vnde lacus sancti Bartholomæi scaturigo.

Iam nobis solùm perquirenda est eius lacus scaturigo, vndenam sit in ipso montis cacumine; vndenam immota & permanens eius aqua; vnde sit quòd non hyeme crescat, & æstate diminuatur, quòd nullibi effluat eius aqua, & vndenam Trutæ insignes & prægrandes generentur.

Quantum ad eius scaturiginem pertinet, non sum ego eiusdem sententiæ cum incolis huiusce regionis, qui opinantur aquam esse superstitem diluuij, quę in concauitate montis huius conseruata est, ex

humiditate aëris mediæ regionis, in qua lacus hic situs est: caput autem montis mediam superat aëris regionem, & in suprema aëris regione collocatur in qua meteora nulla fiunt: vnde in capite montis nullæ sunt nubes, nec meteora vlla. Quod experiuntur incolæ singulis annis dum mense Augusti montem hunc conscendunt ad Sacrum audiendum, quod inibi quotannis celebratur in honorem Diui Bartholomęi in Ecclesia Bartholomęo sacrata. Post Sacrum celebratum super lapides altaris qui sub Ioue aperto sunt, cineres spargunt, & digitis scribunt nomen Christi, & alia varia nomina ad placitum, sequenti anno redeuntes inueniunt cineres intactos, & eadem planè nomina super cineres digitis delineata. Quo certissimè indicatur, nec niuem, nec pluuiam, nec ventum hoc in loco exoriri posse, & caput huiusce mōtis extra mediam aëris regionem esse, & in ipsa supremi, aëris regione collocatum esse.

Mirum valde est, in capite montis huius supra mediam aëris regionem reperiri lacum maximum ac profundum, trutis prægrandibus fertilem & copiosum. Errant toto cœlo qui aquas has existimant aquas ésse diluuij, nónne consumptæ fuissent spatio annorum duorum millium, à siccitate montis, qui fere aduritur singulis annis calore solis æstiui? nónne etiam consumptæ fuissent ex generatione & produ-

ctione, herbarum & arborum & mineralium, quæ continuo & perpetuo motu in monte ipso producuntur, quæ materiam alimenti, & conseruationis suæ non aliunde desumere possunt quàm ex aquis ipsius lacus, cùm ibi nulla sit pluuia, nec ros vllus, à quo occultum alimentum desumãt, quæ in toto monte producũtur. Hæc sententia & opinio vt vulgaris est, perinde vana & ridicula; quocirca eam mittimus, & asserimus, in lacu ipso scaturiginem esse prægrandem, à qua lacus conseruatur, qui quidem si non crescat, ratio in prõptu est; quòd consumptio aquarum, & earum vsus æqualis sit & æquipollens scaturigini: quantum aquæ producitur, tantum fere impenditur ad alimẽtum rerum omnium quæ inibi producuntur. Est enim aqua materia prima rerum omnium, ex qua res omnes fiunt, nutriuntur, & conseruantur: itaque hæc aqua istius lacus cùm producatur, producitur ad res omnes producendas quæ in monte ipso sunt & reperiuntur, eásque omnes conseruandas, vnde tantùm consumitur, quantum producitur aquæ, vnde non redundat aqua.

Aqua prima natura rerum.

Dantur etiam in radice montis fontes multi hinc inde scaturientes, qui sinè dubio ex lacu originem ducunt per poros montis, vnde asserere possum lacum hunc redundare & fluere in radice sua per fontes ilos, qui hinc inde passim fluunt cùm in superficie sua fluere nequeat, præ

altitudine ſua. Ratum ergo ſit lacum habere fontẽ internum cuius beneficio, eius aqua conſeruatur perennis & perpetua, ab ſpiritu mundi, qui inexhauſto aquarum fluxu fontem hunc perpetuum & perennem conſtituit.

Vndenã trutæ in lacu S. Bartholomæi.

Vndenam autem trutæ prægrandes & inſignes oriantur in lacu ipſo, ſciẽdum eſt piſcium omne genus ex ſola aqua ortum habere, & ſemen verum piſcium omnium in intimo aquarum ſinu latitare, quod in actum reuocatur leuiſſimo calore ſolis & ſtellarum. Et quamuis nullum piſcium genus reperitur in flumine, aut lacu aliquo ſucceſſu temporis, hinc inde orientur piſces ſecundùm ſtellarum & planetarum influxus varios & diſtinctos, qui variè ac diſtinctè ſemen illud internum aquæ, ad piſcium omne genus diſtinguunt & actuant, modò locus nutriendorum piſcium productorum ſit commodus & idoneus: non enim ſolùm ſufficit ad productionem piſcium ſemen aptum & idoneum; at & locus eſt neceſſarius, & clima regionis ad enutriendos piſces Nam alioquin flumen omne, & mare produceret omne piſcium genus; nam flumina cuncta, & maria turgent illo interno ſemine generali, ad producendos piſces apto; at omnis locus & ſingula terræ climata non apta ſunt enutriendis piſcibus: vnde cùm non habeant vnde enutriantur, in actum non reuocatur ſemen illud internum, vt apparet in

Curporsus Genuæ piscibus caręcat.

littore Genuæ ipsius ciuitatis, in quo nullum piscis genus vnquam apparuit. In alijs multis Oceani locis & partibus, quæ piscibus omnino carēt, quásque pisces fugiunt, tanquam eorum sepulchrum.

Ratio autem huiusce rei forsan esse potest; quia in hisce locis cœlum et influxus cœlestes, ope & beneficio spiritus mundi producunt quid contrarium & inimicum piscibus enutriendis & progignendis, vnde pisces fugiant has Oceani partes, tanquam eos ipsos destruentes, & speciem eorum annihilare comantes.

Concludendum igitur est, Trutas & omne aliud piscis genus quod innatando reperitur in lacu sancti Bartholomęi, progigni ex semine illo generali, quod aquis omnibus inest quódque semen in Trutas peculiari beneficio loci istius, actuatur & indiuiduatur, & beneficio cœli, quod peculiari influxu Trutas in hoc lacu producit.

Videmus peculiariter flumina omnia quę saxosos habent alueos & ex montibus saxosis scaturiunt Trutis abūdare, & dum, mutatur alueus; hoc est dum ex saxoso alueo fit arenosus, & limo plenus, Trutæ tunc temporis non descendunt in alueum hunc, sed continentur intrà alueum saxosum. Quæ experientia nobis est indicio, loca saxosa propria esse & apta enutriendis trutis & progignendis.

Lacus autem iste sancti Bartholomęi saxosus

saxosus est, & quasi lapideus totus est eius alueus, & inde aptissimus progignendis & enutriendis tructis: Aër vndiquaque purissimus, cœlum serenum, nubibus & meteoris alijs probè emunctum: hinc producit semen, in quo principia Salis, sulphuris, & mercurij pura sunt, & ab elementorum limis vindicata: vnde saxa, lapides, & arenæ procreantur in quibus semen trutarum conseruatur; quę dum productæ sunt ab eadem & simili substantia à qua progignuntur enutriuntur, ab alimento scilicet in quo viget spiritus salis ab omni limo elementorum vindicatus; nam si alimentum habeant lutosum & viscosum pereunt & destruuntur, tanquã ab eo quod suo semini est inimicum, & omnino contrarium: debent enim nutriri à simili substantia, à qua productæ fuerunt.

Tructæ vnde enutriantur & fiant.

DE FONTIBVS BVLlientibus qui sunt in Pago Dax, in Pyrenæis.

CAPVT IV.

IN Pago isto Dax nuncupato, in ipsis montibus Pyrenęis collocato, versùs Comitatum Fuxẽsem multi fontes repe-

Fontes ebullentes in pago Dax.

riuntur qui perpetua ebullitione agitantur & ita incalefcunt, vt carnes crudæ, & reliqua omnia efculēta, perfectè eo calore coquantur; ita vt aqua non egeant incolæ ad efculenta coquēda, fed fola illa aqua calida, & feruida qua turgent fontes, vnde & lixiuia parantur, deplumes fiunt aues omnis generis, & multa alia fimilia fiunt familię commoda folo aquarum harum feruidarum vfu. Ita feruent & calent nonnulli fontes, vt bos integer in fontes proiectus, fubitò in pollinem dilutum reducatur, faluis folis offibus quę aquis fupernatant. Ignes quamplūrimi & flammæ cum violentia exeunt ex fontibus ipfis & ex terra quæ fontes circundat: Hinc incendium generale huiufce pagi exortum eft per tres aut quatuor vices: vnde iam coacti fuerunt incolæ, fornicatim domos fuas extruere cum lapidibus, nullis interiectis lignis & afferibus, vt fe tueri queant ab incendijs hifce fubterraneis, quæ ab igne fubterraneo fiunt cum tanto impetu & violentia, vt adurat & confumat omnia quæ apponuntur.

Fontes ebulliētes vnde.

Totus hic mons fere fulphureus eft, & intimis fuis vifceribus fulphure fuo puro flammas concipit & alit, quæ fæpiffime cum impetu foras erumpunt, & in auras fcandunt. Vnde fontes omnes qui his in locis reperiuntur incalefcunt & ebulliūt. Flos fulphuris copiofus, qui fupra lapides in ipfo mōte reperitur, indicium certum

est interiora montis sulphurea esse, aut saltem bituminosa, quæ dum aduruntur, pars sulphuris purior & subtilior sublimatur in flores, qui lapidibus adhærescunt: humidum autem aquosum ipsius sulphuris, quod & acetum montium dicitur, euaporatur, & vbi clausum montem inuenit in ipsis cauitatibus, tanquam in alembicis distillatur in liquorem acetosum, qui permiscetur fontibus, & miris virtutibus ipsos exornat fontes, quas virtutes nullus adhuc Medicorum huiusce prouinciæ pernotauit, nescio quo negligentiæ somno, à quo expergiscere tandem deberent: si montem hunc sulphureum fere totum pernotarēt, & virtutes & proprietates sulphuris in ipso adhærentes perquirerent, inuenirent sinè dubio, fontes hos omnes excellere in curandis vlceribus omnibus & scabie quacumque, & in vlceribus pulmonis & phthisi curanda, aut saltem mitiganda, & proroganda, stupendas habere virtutes. At oportet priùs vt ægroti, ab humorum pondere & luto se vindicont leuibus medicamentis, sanguinis missione antequam balneentur in ipsis fontibus, quos etiam tepentes efficere habent, feruidus eorum est temperandus calor, balneo longè ab scaturigine constructo, vt ibi ad teporem debitum reducantur aquæ, in quis tunc temporis balneari debent ieiuno ventriculo per horam integram aut diutius si ferre queant, & à balneo in

Virtutes fontium ebullientium.

lectum asportari debent, ibique cooperiri & sudare copiose habent, vt sanguis ab impuritatibus salsis & tartareis vindicetur, à quibus scabies, & vlcerum omnium genus dependent. Potandæ sunt deinde ipsorum fontium aquæ, frigefactæ, & intrà quindecim dies, aut citiùs existimo curari posse hac sola methodo vlcerosos omnes & scabiosos. Quod ad phthisicos pertinet & vlceribus pulmonum laborantes, oporteret vt aquis illis perpetuò vterentur in potu, & flore sulphuris qui his in locis super lapides reperitur in pastu vterentur, loco salis. Possent etiam incolæ huiusce mōtis clibanos constituere in subterraneis speluncis, vbi flāmæ & ignes egrediuntur, & exeunt, in quibus clibanis ægroti sudare possent ex calore ignis subterranei. Luto & limo quæ in fontibus ipsis reperiuntur, possent vti loco vnguentorum quibus vlcera ad cicatricem reduci possent; ita mons hic integer posset fieri templum verum Æsculapij & Apollinis, inquo ægroti fere omnes sanitatem recipere valerent.

Medicorum lucrū cessaret, si virtutes fontium notæ essent.

At, proh nefas! fontes hi non possunt reuelari, nec eorum virtutes à Medicis decantari, cùm timeāt nonnulli Medicorum lucrum cessare, si tanta & tam efficax naturalis virtus manifesta fieret. At non opus est Medico, vt virtus aquarum manifesta fiat, Sole clarior est, & sola eget experientia, quam Medicorum sermo & loquela bumbrare nequit.

DE FONTE DEMAINE *nuncupato, in Gallia Narbonensi.*

CAPVT V.

IN Gallia Narbonensi sic dicta, antiquis Lãgothiam dixere nostri, versùs mõtes, datur fons in pago Dumaine nũcupato, à quo nomen fontis deriuatus, , cuius virtutes insignes sunt ad hepatis & renũ vitia profliganda, cum refrigerio & robore partium; ita vt calculum, arthritidem & colicum dolorẽ summo cum solatio mitiget, si non radicitus curet: quia dissoluit & mutat materiam & causam horum affectuum, attenuando eorum substantiam & attenuatam euacuando per vrinas, & per insensibiles corporis nostri poros. Virtutes fontis Dumaine.

Hæ insignes virtutes dependent & proueniunt ab spiritu mundi, qui in ipso fonte spititum salis subtilissimi produxerit, qui sua subtili essentia totam fontis aquã penetrat,& illi permiscetur,& cum vindicetur à corpore salis, penetrat & dissoluit substantias corporis tenaces, viscosas,& limosas, easque reducit in primũ sui Chaos, hoc est in aquam tenuem & vaporẽ Chaos vapor.

qui facili negotio per facultatem expultricem vnà cum lotio foras amandatur; sic humores crassos, viscosos, & salsos, qui in hepate, & in vniuersa sanguinis massa reperiuntur, destruit & foras pellit. Non aliunde scaturiunt hæ virutes & proprietates, quàm ab spiritu mũdi, non à vitriolo, non ex nitro, nec ex sulphure, vt putant nonnulli, quorum mineralium corpus permiscetur fontis aquæ ex eorum opinione; quę tamen errore conuincitur, quòd cùm ex euaporatione aquæ huiusce fontis nullum horum mineralium reperiatur; at in fundo vasis euaporatorij limus tantùm reperitur, qui nullas aquæ virtutes habet, nec aliquid nitri, vitrioli, aut sulphuris obtinet: vnde credendum est aquam hanc nihil horum mineralium continere, sed suas virtutes quas possidet ab aliqua substantia volatili & subtili admodum habere, quæ nullum fixum & permanens corpus habet; at infixè & volatiliter, vt ita loquar, aquæ fontis permiscetur, vt est spiritus alicuius salis mineralis à quo dependent, tanquam à causa formali & materiali, hę insignes fontis virtutes, quibus crassi, tenaces, & tartarei humores omnes vincuntur ac superantur: & hinc morbi omnes ab hisce humoribus dependentes profligantur.

Fontis Dumaiae virtutes ab spiritu salis.

Medici omnes qui fontem hunc adeunt vnà cum ægrotis varijs, vt illis sint auxilio, vt morbis quibus detinentur fungi pos-

ſint, ſi darent ægrotis ſuis ſpiritum ſalis, ſpiritum vitrioli, ſulphuris, & ſimilium mineralium propinandum, mirandas virtutes huiuſce fontis cernerent, cùm multum multiplicentur ex ſpiritu mineralium propinato, & præparato priùs corpore, aſſumptis mineralibus purgationibus,quę corpus adaptant ad ſuſcipiendas miras illas fontis virtutes.

Nam aquæ illæ minerales & thermales, quę ab ſpiritu mundi terræ incluſo virtutes obtinent, efficaciores ſunt & potentiores ſpiritu mineralium: corporáque omnia morbis afflicta, quæ purgationem aliquam mineralem admittunt, vt eſt purgatio ſalis fixi, vitrioli, aut antimonij ritè pręparati, poſt hanc purgationem mira ſuſcipiunt leuamina, ex epotis illis mineralibus ſeu thermalibus aquis; vegetabiles enim purgationes nullam fere habent cōformitatem cum aquis illis, & propterea non conſulo his vtendum, etſi non noceant ſi quis vtatur.

Aquæ thermales omnes ſpiritu minerali propinato ſunt fortiores.

Itaque ſi quis ægrotus in loco ipſo Dumaine bibat aquam fontis huius, purgetur priùs antimonio præparato, vel ſale fixo rite depurato vitrioli, per tres aut quatuor vices. Deinde bibat aquam illam & aquæ permiſceat ſpiritum ſalis, vel vitrioli ſingulis potibus ad guttas ſex aut ſeptē: & poſt octo dies, aut decem iterum purgetur ſimili antimonio, & miras ac ſtupendas videbit aquæ huius virtutes, in calculis

Methodus ſumendi aquam fontis Dumaine.

comminuendis,&colico dolore curando, & obſtructionibus omnibus Hepatis, renum, & meſenterij reſerandis.

Aurum purgatiuum.

Datur etiam Aurum purgatiuum, quo omnes humores tutò, citò & iucundè admodum euacuentur, nobilius multò & efficacius omni antimoniali præparatione: quod aurum mihi ſoli reſeruo tanquam naturæ arcanum ſummum à me inuentum & excogitatum, cuius tamen vſum non recuſabo omnibus, qui à me in ſolatium ſuorum morborum expetent: febres omnes intermittentes curat, imò & continuas radicitus ſanat, nulla expectata criſi; cùm radicitus euellat humores omnes peccantes, vbicumque poſſint latitare, idque ſinè moleſtia & violentia, imò & infantulis & lactentibus ipſis propinari poteſt, cùm purgando roboret & partes omnes refocillet, naturalem calorem & vitalem vigorando, ac reſtituendo. Si hoc auro purgentur, qui thermales adeunt aquas efficaciores multò & potentiores inuenient, ad propugnandos eorum morbos quibus conflictantur.

DE THERMIS, AC FONtibus loci de Balaruc.

CAPVT VI.

IN vltimis Galliæ Narbonensis partibus versùs Bliteram, vulgò Beziers, & versùs mare Mediterraneum, datur mons in cuius cacumine constituitur pagus. Balaruc vulgò nuncupatus, in quo scaturiunt fontes aquæ calidissinæ & fere bullientis, ex qua constituitur insigne balneum thermale, miræ, & stupendę virtutis ad paralysim, spasmum, arthritidē, & similes alios morbos mitigandos, & curandos. De thermis loci de Balaruc.

Potatur hęc aqua, & purgat vndiquaque sursum & deorsum, & summopere per vrinas, vnde obstructiones omnes reserantur, qui humores attenuantur ac dissoluuntur crassi & tenaces, & sic dissoluti, & attenuati per vniuersa corporis emunctoria foras amandantur. Vnde qui hydrope detinentur ibi remedum fere absolutum & tutum inueniunt, modò postquam saburram humorum deposuerint & tumorem omnem euacuarint, intemperiei hepatis & viscerum remedium quærant. Qui hepatis, & splenis vitijs labo- Hydropis cura.

rant, qui sunt scabiosi, ac vlceribus varijs corrosi certissimum in his thermalibus aquis suscipiunt leuamen. Nam sal copiosus & abundans per totam sanguinis massam, qui hæc corporis vitia parit, euacuatur & foras pellitur tum sudore, tum vrinis, tum vomitu, & fluxu ventris; ita vt quasi in hisce fontibus iuuenescãt ægroti.

Medici omnes huiusce regionis, præcipuè Monspelienses virtutes insignes harum aquarum vitriolo & sulphuri attribuunt. Ex vitriolo dependere asserunt quòd vomitum excitent in principio, & deinde per inferiora deijciant humores, quod vitriolo proprium est. Sulphuri attribuunt, quòd sapiant & redoleant sulphuris nitorem & memphitim hæc est eorum Medicorum ratio, quæ, pace eorum dixerim, non mihi vera videtur. Si enim quicquid per vomitum & per vrinas purgat, vitrioli substantiam haberet, certissima eorum esset opinio; at quàm multa sunt vegetabilium, animalium, & mineralium, quæ hisce modis purgant & nullam vitrioli substantiam habent? Vitriolum alioquin principium esset harum rerum, cùm hisce rebus formale agendi principium communicaret. Simili ratione arguere possumus de sulphure; omne enim quod sulphur redolet, non habet sulphuris substantiam: qualitas enim simplex vna, totum esse non constituit: multa sunt alia, quæ sulphuris substantiam componunt.

Si in ipsis aquis naturaliter & substantialiter vitriolum & sulphur reperirentur, verissima esset eorum opinio; at cùm nihil vitrioli & sulphuris materialiter in ipsis aquis reperiatur; quærendæ mihi videntur aliæ rationes, vndénam hæ aquæ habeant virtutes & proprietates: in disquirendis enim rebus naturalibus plus rationi, quàm authoritati condonandum.

Proprietates & virtutes harum aquarum dependent absque dubio, ex ipsismet aquis, nulla ibi sunt mineralia permixta, à quibus has accipiant virtutes: naturali sponte habent, & cum ipsis nascitur id omne quod alijs condonatur: Rheubarbarum Colochyntis, vitriolum, sulphur, & alia omnia naturalia, miris virtutibus prædita, ex nullo alio habent suas virtutes, quàm ex natura sua, quæ illis communicauit has insignes dotes quibus insigniuntur.

Virtus aquarũ de Balaruc.

Sic & aquę thermales loci de Balaruc, & aliæ omnes, quæ miris omnino virtutibus præditæ sunt, non aliunde suas proprietates expiscantur, quàm ex natura sua, aut ex spiritu mundi, qui dum fontes producit, has insignes proprietates miro stellarum, & planetarum influxu in has aquas infundit.

Qua autẽ ratione id fiat ab spiritu mũdi, seu à natura ipsa, id altiùs est inquirendum in ipso mundi spiritu qui dote peculiari virtutes purgatiuas producit tum in

Qua ratione virtutes purga-

tiuæ ab spiritu mundi fiant.

animalibus, vegetabilibus, & mineralibus; vt hinc clarum & apertum habeamus vndénam virtutes ſint, & naturaliter implantentur hiſce aquis.

Quoties ſpiritus mundi compoſitiones & mixtiones rerum omnium aggreditur, & dum miſcet elementa principijs ſuis & calore naturali horum principiorum non percoquit optimè elementa mixtionis, ſed cruda & indigeſta relinquit, mixta hæc (vbi hæc elementa cruda ſunt ex indigeſtione ſulphuris innati) virtutes deiectorias habent. Sic in fontibus naturalibus idem & ſimile contingit, dum elementa ſua non peroptimè permiſcentur, & perinde cruda manent & indigeſta cum eorum principijs, quæ vnà cum ipſis elementa cruda etiam & indigeſta permanent ex debili calore ſulphuris, multis elementorum cruditatibus permixti. Sic fontium horum ſcaturigines indigeſtæ & crudæ ſunt, & ſal, & mercurius earum crudus & incoctus eſt, vnde virtus illa purgatrix & deiectoria in his fontibus ortum habet, dum magna copia aſſumuntur, nec vinci poſſunt & percoqui à virtute coctrice ventriculi: vnde ſal & mercurius crudus, qui in his fontibus copioſus eſt, attrahit mercurium crudum, & ſalem incoctum humorum corporis noſtri, & ſic inuicem iuncta vellicant & mordent partes interiores ventriculi, & inteſtinorum, & ſic facultatem expultricem excitant, & ſic hu-

mores contra naturam crudi & indigesti foras protruduntur, magno ægrotantium omnium commodo.

Hæ sunt rationes quę mihi certæ ac veræ videntur, vndénam virtutes & proprietates aquarum loci de Balaruc ortum habent, quæ ex alio non possunt scaturiri fonte, quàm ex eo quòd natura ipsa, seu spiritus mundi dum fontes ipsos producit, in ipsis fontibus producit salem & mercurium crudum valde & indigestum, à quibus solis hæc virtus purgatrix & deiectoria dependet. Quam Medici omnes recta methodo sequenti, nî fallor, conducere habent, vt ægroti faciliùs sanitatem consequantur ex potu harum aquarum.

Purgari omnes merentur secundùm robur virium quibus donātur, & secundùm morbum à quo curari cupiunt & indigent. Post purgationem & sanguinis missionem, si conducat, potabunt aquam ad tres aut quatuor scyphos in principio, multiplicando vsque ad viginti, vt moris est. Postquam autem aquam hanc per decem, aut duodecim dies biberint, quiescant oportet, & genialiter viuendo, tristitiam auertant. His transactis diebus, purgari iterum oportet, leui & minorante aliquo medicamento, vt pote senna, mānna, vel Rheubarbaro, cum cremore tartari, vel meo auro purgatiuo si haberi possit. Sequenti die, assumpto priùs optimo iusculo, balneandus est ægrotus, Modus sumendi aquas de Balaruc.

& in calore balnei per horam, aut longiùs si fieri poſſit conſtituendus, donec ſudores erumpāt: hinc à balneo in lectum deportandus, ibique à ſudore linteis perquàm optimè abſtergendus: hæc balneandi methodus obſeruāda eſt per quatuor aut quinque dies, ſecundùm morbi exigentiam, qua obſeruata, miras obſeruabunt virtutes & proprietates aquarum thermalium loci de Balaruc ipſimet ægroti.

DE THERMIS, AC FONtibus loci de Montferran.

CAPVT VII.

Balnea loci de Montferran.

IN Montibus Pyrencis versùs regionem & prouinciā quam nos vulgò dicimus, Sault, datur mons vulgò dictus Montferran: ad radicem ipſius datur fons mirus qui calida ſcaturigine omni tempore ebullit, ibique omnes huiuſce regionis inſignes proprietates in tali fonte experiuntur ad curandas paralyſes, ſpaſmos, arthritides, colicos dolores, & membrorum omnium ſtupores. Hæc aqua ſubtilis & penetrans admodum eſt, diſſoluit humores viſcoſos ac tenaces,

calidum natiuum membrorum omnium roborat, neruos ac musculos emollit,& ab omnibus humoribus præter naturam vindicat; ita vt ad curãdam arthritidem & paralysim existimo non posse inueniri in tota regione, imò nec in tota Gallia balneum thermale efficacius & potentius.

Laudes & virtutes aquæ loci de Montferran.

Vidi paralyticos omni ex membro absolutè curatos solo illius aquæ balneo, intrà quindecim dies.

Hæ virtutes & proprietates insignes quibus hic fons decoratur, non ex sulphure, nec ex alio minerali ortum habent, hæc cogitare vanum & ridiculum est. Nullum ibi datur minerale permixtum, nec aquæ huiusce fontis ab alijs distinguuntur aquis, quàm simplici calore; ob quam rem altiùs est inquirenda hæc virtus, quàm in mixtione mineralium, quæ non possunt virtutem suam aquæ communicare, nisi salis naturam & essentiam habeant, vt clarum & manifestum est, ex fontibus qui in medijs fodinis rerum metallicarum exoriuntur, vtpote, in fodinis antimonij, marchasitarum,argenti viui, & ipsius Realgaris, quæ omnia mineralia nullam virtutem communicant fontibus qui exoriuntur, in medijs ipsis eorum fodinis.

In Pictauia regione Galliæ, datur Puteus,prope pagum vulgò dictum Boupere, in loco dicto la Ramee, qui puteus excauatus est intrà ipsam antimonij mine-

Mineralia quæ salis naturã non sapiunt.

nullam vrtutẽ aquę cõmunicant.

ram. Aqua ipſius putei qui guttatim extillat ex antimonij fodina in puteum, nullas retinet antimonij virtutes; at optima eſt & facilis digeſtionis, & quam bibunt, omnes huius loci incolæ: & ego ipſe potaui nullo ventriculi mei incommodo, imò cum maximo emolumento & robore. Quà experientia certi & edocti eſſe poſſumus aquam, quæ mineralium fodidas pertranſit, nullas horum mineralium virtutes ſecum retinere. Ratio in promptu eſt, quòd metalla & mineralia alia multa quæ ſalis naturam non ſapiunt, fixa ſint, & perfectè coagulata, ita vt fixione ſua & coagulatione, nullas poſſint communicare virtutes aquis ipſis, quæ in ipſorum fodinis poſtquam ipſæ fodinæ à natura ipſa perfectæ ſunt; nam dum fiunt & dum adhuc ſpiritus mineralium volatiles ſunt, & ſpermatis ac ſeminis naturam redolent, tunc tẽporis maxima virtus communicari poteſt aquis ipſis, alioquin verò nullas poſſunt aquis impertire virtutes. Quod adhuc fortiori experientia fieri poteſt manifeſtum. Sumatur antimonium crudum & infundatur aquæ etſi tepidæ vel calidæ, quandiu volueris, nullas in tali aqua experieris virtutes antimoniales, modò vinum aquæ nullatenus permiſceatur, quia vinum ſuo volatili ſale virtutes antimonij attrahit, & ſibi communicat.

Mineralium virtutes qua ratione cõmunicẽtur aquis

Vinũ vir virtutes antimoniales attrahat.

Hæc experientia rationibus nullis ſtabi-

lità quod diximus de virtute & proprietate aquarum thermalium certissimum esse confirmat, & rationes contrarias erroris conuincit. Itaque in spiritu mundi certissime collocandæ sunt virtutes horum fontium, qui dum ipsos producit ex mixtione elementorum suas illis communicat virtutes, his maiores, illis maximas, his has, illis alias condonat proprietates; non enim omnibus fontibus easdem & similes dat virtutes; quia omnes & ijdem fontes non similes omnino sunt, tum quod natiuum solum habeant diuersum, tum quod etiam cœlum habeant distinctum à quo spiritus, ille cœlestis fontium pater distinguitur & variatur.

Vnde fontes diuersi & varij.

Asseramus ergo multa cum ratione & experientia, virtutes & proprietates illas insignes quæ insunt aquis thermalibus loci de Montferran in montibus Pyrenæis, dependere & oriri, ex calido illo innato fontis, quod ab spiritu cœlesti accepit fons hic in productione sua, & accipit adhuc singulis diebus: nam hic fons, vt & alij omnes quotidie producuntur & fiunt, & quod producitur & factum est, euacuatur & fluit in riuulos, & ad sepulchrum & interitum sui ipsius tendit magno cum impetu, mare versus vbi est sepulchrum aquarũ omnium; ibi tendunt, vt moriantur & redeant in id, ex quo factæ sunt. Nullo pacto est admi-

Vnde virtutes aquarũ de Mõtferran.

Mare est sepulchrum aquarũ

omnium non origo.

randum aquas has tantis prǽditas esse virtutibus in curandis arthriticis doloribus & paralyticis affectibus; nam hæ aquæ quintam Solis & astrorum nonnullorum habent essentiam, qua mortuum fere suscitare possunt & extinctum nostrum calorem natiuum de nouo suscitare. Facillimum est his in aquis calore illo cœlesti & spiritu turgentibus, calorem nostrum, multis humorum excrementis obtenebratum refocillare, & restaurare; nam simile simili gaudet, & natura naturam vincit, vnde facili negotio arthritis, & paralysis curantur.

Virtutes aquarū loci de Montferran qua ratione multiplicētur.

Multiplicatur tamen eorum fontium virtus, si ægroti priùs purgentur auro meo cathartico, aut puluere hermetico, aut croco metallorum. Nam purgato sic corpore aquæ illæ thermales efficaciores multò erunt, & potentiores in edomandis omnibus affectibus, cùm corpus erit ab humoribus crassis & viscidis vindicatum, qui humores non possunt facili via ab ipsis aquis foras protrudi propter eorum tenacitatem & viscositatem.

Purgatis his humoribus multiplicatur calor natiuus ægrotantium; ita vt vigorentur in dies ab ipsa aqua thermali, & adhuc vegetiores fient & fortiores, si auro sudorifico vtantur, vel bezoartico minerali, ad quantitatem granorum sex vel octo, cum iusculo, vel aqua cinnamomi, dum balneum ingrediuntur: his

ſolis medicamentis lenibus admodum & aſſumptu facilibus, quòd palato gratiſſima ſint, roboratur virtus aquę huius, ita vt arthritis & paralyſis omnino vincantur harum aquarum vſu. Poſtquam ita balneati fuerint ægroti octo vel decem diebus, poſſunt iterum purgari præſcriptis antea medicamentis, & iterum balneari, & in egreſſione balnei perungi poſſunt eſſentia axungiæ humanæ, vel Vrſi quæ facillimè parantur. Diſtillatur axungia per retortam & ter, aut quater rectificatur per eamdem retortam, donec frigida non coaleſcat, ſed liquida permaneat: in hac eſſentia ſic præparata poſſunt infundi flores roris marini, ſaluiæ, meliloti, & camomillæ, & croci aliquid addere, Cariophyllorum & Cinnamomi & fiet inde balſamum ſtupendum ad arthriticos dolores mitigandos, & paralyticos membrorum affectus deuincendos, & ſic affectus hi, qui communibus remedijs incurabiles ſunt, in his aquis thermalibus leui & facili hac methodo deuincentur.

Axungię humanæ diſtillatæ vires balſami.

DE FONTIBVS ET thermis loci de Baigneres.

CAPVT VIII.

Balnea loci de Baigneres.

APvd Bigerreſes in Pyrenæis mõtibus, datur pagus vulgò nuncupatus Baigneres, non alia forſan cauſa, niſi quòd in prædicto pago, balnea multa ſunt, vnde Gallicè Baigneres hic loc⁹ dict⁹, à balneis quæ inibi ſunt: Multi enim hic reperiũtur fontes, qui calida ſua ac tepenti ſcaturigine balnea thermalia conſtituunt, ad curandos fere omnes morbos, præcipuè paralyſes, arthriticos dolores & colicos, Icteros, catharros veteres & inexhauſtos, dolores capitis, mezenterij, hepatis, & renum obſtructiones, vlcera cacoethea, & ſimilia multa corporis noſtri pathemata. Aquæ hæ thermales differunt & diſtinguuntur ab aquis thermalibus loci de Montferran; balnea enim hæc loci de Baigneres multis conueniunt morbis, quibus balnea loci de Montferran non conueniunt: Sunt enim hæc balnea compoſita & non ſimplicia, multa ſunt diſtincta ac differentia, quæ has aquas thermales cõſtituunt, quę quamuis diſtincta ſint & varia, nihilominus hæc omnia

ab vno & eodem fonte descendunt, ab spiritu puta mundi, qui in his aquis thermalibus mercurium produxit excrementosum & viscosum vnà cum sale terrestri & limoso, cum pauco sulphure, eoque impuro, quod cùm mercurio suo iungitur & sale limos producit viscosos & tenaces & pingues, vnde fit lutum pingue admodum desiccanti virtute præditum, quo vlcera fere omnia ad cicatricem perducuntur: Sal siquidem quod latitat in ipso luto, cùm dulce sit, vlcerum omnium sal acre ac mordax temperat ac eius acrimoniam compescit sua dulcedine; vnde mutat eius naturam & perinde vlcera ad cicatricem perducũtur, & potissimum si ægroti hisce in balneis balneentur, & post balneum sudorem pronocent; nam hisce sudoribus quod subtile est, ac volatile salis ipsius acris ac mordacis vlcera constituentis, foras pellitur & euacuatur, reliquum verò quod in vlcere reperitur facili via temperatur à dulci & temperato sale, quod in hisce lutis ac limis naturaliter innascitur.

Vlcera qua ratione curẽtur à luto aquarum thermalium.

Scaturigo huiusce fontis potentiores & efficaciores habet virtutes, quàm ipsum lutum, quod nihil aliud est quàm terra quædam argillosa permixta parti impuræ sulphuris, & mercurij, & salis quæ fontem constituunt, vnde virtus eius: nam sal crudum & indigestum cum mercurio salis cocto, ac digesto, corpora penetrant

Quid lutum sit aquarũ, loci de Baignetes.

poros aperiunt, humores attenuant, & ſulphur quod in eo fonte latitat, calorem naturalem roborat, qui virtutem & proprietatem aliorum duorum principiorum etiam ſubtiliorem & efficaciorem reddit: vnde paralytici, & arthritici dolores, & hemicraniæ, catharri & vlcera cũcta deuincuntur.

Methodus balneãdi in balneis loci de Baigneres.

Quod adhuc faciliùs conſequentur, ſi ægroti methodum quandam ac peculiarem obſeruent in balneis, ac thermis ipſis aſſumendis. Primò oportet vt quieſcant in ipſis locis thermarum; deinde die vno, aut altero tranſacto purgentur puluere meo aurifico, vel puluere hæmetico, vel croco metallorum: poſt purgationem ter, aut quater repetitam, balnea ſunt deinde ingredienda, & per octo dies aut decem conſequentes ibi ſudandum quantum fieri poterit, & vt ſudores copioſiores erumpant, abſque moleſtia, conſulo vt ęgroti omnes aſſumant grana quatuor, aut ſex auri ſudorifici cum iuſculo optimo, aut ſi non ſit copia auri illius ſudorifici, aſſumant tantumdem ambari griſei, in ouo ſorbili, vt penit⁹ humores tartarei, ac viſcoſi, & tenaces diſſoluantur & attenuentur. Et ſi quædam vlcera adſint neceſſum eſt vt cooperiantur luto illo tanquam mirifico vnguento, antequàm balneentur & in balneo abſtergantur ab ipſo luto, & optimè mundentur. Trãſactis hiſce diebus purgetur iterum neceſſe eſt

Morbi lõgi quomodo curẽtur.

si morbi sint pertinaces; nam morbi longi ac chronici non possunt subitò curari, nisi longo remediorum vsu, ac pertinaci ægrorum patientia.

Sunt autem multi ægrotorum qui antequàm vtantur hisce aquis thermalibus loci de Baigneres, bibunt aquas loci Dencausse, quæ ab hisce thermis non longè distant, quod ego valde probo; nam ab his aquis purgantur. At ipsæmet aquæ loci huius Dencausse opus habent præparatione ægrotantium, quod in Capitulo suo peculiari declarauimus.

Qui tamen vtentur medicamentis antea declaratis, & aquis ipsis loci huius Dencausse, miram experientur virtutem & proprietatem harum thermarum loci de Baigneres.

Medicorum forsan quis mirabitur, quòd in præparatione corporum vt vtantur aquis thermalibus, non sim vnquam vsus Rheubarbaro, Senna, agarico, vel electuario quodam purgante, ex antiquorũ dogmate. Ratio in promptu est, quòd experientia ipsa & ratione sim edoctus, hæc medicamenta tollere non posse radices morborum chronicorum & inueteratorum, vt faciunt hæc medicamenta ex mineralibus præparata. Non improbo tamen vsum Rheubarbari, Sennę, & Agarici, & aliorum omnium medicamẽtorũ, quibus communis & ordinaria vtitur ars therapeutica. Eligo semper fortiora, seu

Ratio cur aquis thermalibus assumẽdis medicamẽta mineralia sumẽda sint.

potentiora & efficaciora medicamenta, vt radices morborum horum penitus euellantur. Addam, quòd expertus sim medicamenta mineralia fortiùs & efficaciùs agere in morbos cum aquis thermalibus quàm medicamenta, quæ ex vegetabilium genere eliciũtur: habent enim mineralia cum mineralibus fortiorem idiopathiam: vnde aquæ thermales cùm sint minerales, & quod virtutis habent ex fonte mineralium & principio desumant, cùm iunguntur cum mineralibus medicamentis, virtutes ostendunt stupendas & omnino miras. Minerales hæ aquæ dicuntur, non quòd mineralia intrà se habeant, vt crediderunt fere omnes & doctiores, sed quòd in concauitatibus terræ & eius visceribus producuntur, vt mineralia.

Aquæ thermales quare minerales dicantur.

DE FONTIBVS LOCI Dencausse.

CAPVT IX.

Fontium Dencausse descriptio.

NON longè ab ipsis thermis loci de Baigneres, datur mons, Dencausse nuncupatus, in quo scaturiũt fontes miræ virtutis, in quos confluunt ægrotantium

myriades ex omni terrarum parte, vnde ad ægrotantium commodum ædificata sunt ædificia multa, quæ pagum constituunt eiusdem nominis, qui omni vitæ supellectili abundat, ac omnibus ægrotantibus, qui hùc copiosè affluunt abundè etiam administrat.

Horum fontium virtutes insignes præcipuę sunt in curandis morbis omnibus mulierum, qui ex eorum vtero depēdent, ac ortum habent, & præcipuè sterilitatem mulierum tollit, ac fecūditatem inducit, obstructiones omnes reserãdo, intemperiē frigidam corrigēdo, vterum roborando, menses prouocando, serositates acres & mordaces, quæ hepar & sanguinem excalfaciunt euacuando ex quibus vlcera, erypelataque quibus solent detineri mulieres nfœcundæ, ortum habent, quòd soleant purgari serositatibus quibus turgent. Virtutes fontium Dencausæ.

Aquæ autē istæ cùm soleāt obstructiones omnes reserare & euacuare, serositates sanguinis mulierum, & calorem natiuum roborare, impossibile est quin à morbis fere omnibus quibus affligi solent, vindicentur, potu harum aquarum: quas aquas natura videtur produxisse in fauorē mulierum: nec locum inueniri posse existimo in tota ipsa Europa commodiorem, & vtiliorem temperamento mulierum, Aër imprimis purus est, temperatus valde, nec calida, nec frigidā nimis temperiē mutatur, quòd ventis non difflatur mon-

tes hoc prohibent; sunt tantùm Zephyri lenes ac moderati qui hîc exsurgunt, & exhalationes ac vapores montium exagitant ac disperdunt: magna adest copia lactis, butyri, ac casei, frumenti ac vini, cæteráque vitæ humanæ commoda non tantùm abundant sed profunduntur: incolæ huiusce climatis perhumani sunt, & in exteros officiosi. Rudis non admodum prouincia, non sterilis, non deserta, at vbique cultu agriculturæ exornata, & vbicunque villis ac pagis decorata, quod fertilitatem loci denotat.

Virtutes aquarũ thermalium loci fertilitatem denotãt.

Non immeritò fertilitatem ac bonitatem loci descripturus sum, cùm ab aquarum virtutibus insignibus hæc proueniãt: scaturigines enim fontium insignes, quæ montes hos exornant, fertilitatem etiam & copiam alimentorum humanorum hisce montibus communicant. Nemo hominum vnquam vidit, nec adhuc visurus est fontem insignium virtutum, in loco sterili ac deserto; fertilitas enim, ac fœcunditas ex aquis est: hinc descripsi fertilitatem loci, vt colligerent sophi quanta sit virtus aquarum, quæ terram hanc irrigant.

Vnde fertilitas terræ.

Scitur autem ab omnibus, fertilitatem terræ dependere ex spiritu mundi & naturæ, qui in sacris literis dicitur spiritus Domini, vnde illud: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, quod vere materialiter quotannis cele-

bratur, dum verno tempore, hic spiritus copiosè effluit & tota terræ facies nouis germinibus exornata conspicitur, & quasi renouata videtur. Hic est verus spiritus à quo solo, & non ab alio terra fructibus exornatur : cùm autem locus iste Dencausse abundet & turgeat spiritu hoc, qui est fertilitatis & fœcunditatis principium ac fundamentum, non mirum est, si aquæ quæ hîc scaturiunt fœcunditate polleant, & in fuganda mulierum sterilitate vigeant; cùm principium fertilitatis in hisce aquis turgeat, ac vigeat. Hoc est calidum innatum ac vitale luminosi illius spiritus, qui per influentias cœlestes in terras descendit, eásque fœcundas reddit, alioquin steriles permanent, & infœcundæ; terra siquidem inanis est & vacua, si spiritu illo luminoso priuatur.

Quod experientia quotidiana hisce in locis comprobari potest; nam ex fœcunditate annonæ, bonitatem aquarum huiusce loci præsagiunt incolæ, & ex sterilitate annonæ, simili ratione colligunt virtutes steriles & inanes huiusce fontis, vnde colligitur ratio cur sæpissime hi fontes steriles sint & virtutibus suis ordinarijs exuantur, quòd aliquando calor ille natiuus, siue spiritus fertilitatis huiusce prouinciæ non vigeat in ipsis aquis, in tali gradu quo vigere debet, vt promat illas virtutes insignes, quas promit, dum

Vnde aquæ thermales steriles fiât.

viget ac turget. Hæc eſt vera ac legitima ratio vnde virtutes aquarum Dencauſſe. Eclipſim aliquando patiuntur, non ex defectu vitrioli aut ſulphuris, quorum vapores aliquibus in annis ſteriles ſunt, & vacant ex opinione quorundam : at ex ſolo defectu ſpiritus mundi & caloris natiui, qui dum copioſè non permiſcetur aquis, cruda eſt valde aqua & indigeſta, vnde cruditates ingentes etiam parit his omnibus, qui haſce aquas epotant tempore ſterilitatis. Hinc ſolent etiam hæ aquæ virtuoſiores & efficaciores eſſe, in ipſo fonte recenter epotæ, quàm in longinquas regiones aſportatæ; nam virtus illa ſpiritualis motu agitata euaneſcit, quantumuis firmiſſimis repagulis in vaſis vitreis obſerata tranſportetur. Nihilominus dantur anni in quibus hæc virtus adeò copioſa eſt ac turgens, vt quamuis in exteras prouincias aduehatur, modo vaſa vitrea quibus includitur obſerata ſint, nullum ſui detrimentum patitur.

Cur virtus aquę Dēcauſſe, longiùs aſportata ſterileſcat.

Eget tantùm vt calefiat vas in quo eſt ipſa aqua, in medio aquæ tepentis vt excitetur virtus ſpirituoſa ipſius aquæ: in omnibus alijs obſeruanda methodus eſt, quæ in loco ipſo Dencauſſè obſeruatur. Purgandum imprimis corpus eſt, medicamento aliquo minoratiuo, vt Senna, Rheubarbaro, manna, vel aliquo alio ex mineralium progenie deſumpto, & chymicè præparato, quod corpus for-

Methodus aſſumendi aquam fontis Dēcauſſe.

tiùs ac potentiùs disponet ac præparabit, ad suscipiendas harum aquarum virtutes.

Postquam ita purgatum fuerit corpus & præparatum, potandæ sunt aquæ secundùm consuetudinem loci. Primis diebus, tres aut quatuor scyphi sunt epotandi, deinde deambulandum quantum fieri poterit ad lassitudinem vsque: Sequentibus diebus multiplicanda est semper dosis, & multipilcandus est numerus scyphorum, & deueniendum tandem est in fine dierum ad viginti vsque.

Et epotanda est hæc aqua, per quindecim aut viginti dies: sic saburra humorum omnium peroptimè abstergitur & euacuatur. Transactis hisce diebus, si aliquid adhuc radicis morbi relinquitur, quod euelli nequeat, balnea loci de Baigneres radicitus euellet, in quibus obseruandum erit, quod in superiori Capitulo declarauimus.

DE FONTIBVS AC *thermis loci de Bareges.*

CAPVT X.

Balneorum loci de Bareges descriptio.

NON procul ab ipsis thermis loci de Baigneres, in montibus ipsis Pyrenæis dantur adhuc fontes, in loco, seu monte nuncupato de Bareges, qui thermas & balnea constituunt mirandarum virtutum & proprietatum. Hic locus desertus admodum est, & ferè horridus aspectu, cùm rupes altissimæ sint, & præcipitia multa, nec locum adire possumus equis vel curribus, sed solis pedibus, maximo ægrotantium incommodo, qui vt huc deferri queant cathedra habent asportari. Ex loco de Baigneres, vsque ad vallem de Campan iter adhuc lene est, & pulchrum; vallis enim hæc pulchra admodum & decora conspicitur, pratis exornata,& arboribus, riuulis quammultis dissecta, qui murmure dulci aures prætereuntium obtundunt: súntque in valle ipsa villæ quamplurimæ hinc inde dispersæ, pastoribus plenæ & pecoribus quibus prata hæc vndique turgent,ex quibus magnum emolumẽtũ ac vectigal suscipitur.

In ipso monte de Bareges vbi sunt thermæ non dantur nisi quatuor aut quinque domus paruæ admodum, ex quibus vna solùm destinatur hospitio aduenientium, magna cum incommoditate; nihilominus hilari fronte excipiuntur hospites, & quicquid est in domo, liberali manu & amica voluntate offertur, ac porrigitur. Hæc balnea loci de Bareges stupendas habent virtutes in curandis vulneribus, & eorum omnium symptomatibus, membra stupida, & omni motu priuata ab ipsis vulneribus, & contusionibus, mirifica virtute restituunt. Plumbum extrahunt ex vulneribus, etiam si sint ad cicatricem conducta, & cicatricem aperiunt vt plumbum illud quod vulnus fecit foras protrudant. Reliqua etiam alia extranea mira potẽtia ex vulneribus quibuscumq; extrahũt; ita vt in vulneribus curandis nihil in tota Europa præstantius reperiatur. Arthritidos etiam dolores, paralyses, membráque omnia stupore affecta & calore natiuo destituta, ob obstructiones neruorum, nulla adhuc balnea efficaciora vidi, quòd in thermis his reperiri balsamicam aliquam virtutem & proprietatem contingat, cuius ope hæc miranda patrantur; quæ quidem virtus vnà cum scaturigine horum fontium à virtute innata & propria spiritus mundi producitur. Huiusce fontis scaturigo insipida est, nec odorem vllum habet; sunt tamen

Balneorum loci de Bareger virtutes.

nonnulli qui ſulphuris nidorem ſapere contendunt: at hi odoratu præcellunt canes ipſos, qui libenter bibunt & epotant aquam illam, quòd ſi ſulphuris nidorem, ſaperet non vtique hoc fieret, quia canes ſulphur non amant.

Itaque non exiſtimo ſulphur materiale in ipſis aquis latere poſſe, vellem quidem credere, ſulphuris ſemen antequam in ſulphur congelatum ſit, in hiſce aquis permiſceri poſſe; at multùm differt ſemen ſulphuris, à ſulphure communi & vulgari; nam ſulphur commune primò coagulatum eſt & mixtum factum, & habet excrementa quamplurima impura terreſtria: ſemen verò ſulphuris eſt quid ſimplex, non coagulatum & mixtum factum, nec tot excrementis impuris terreſtribus abundat ac turget, ac ſulphur commune & vulgare: nihilominus tamen ſemen illud ſulphuris, humidum ſuum radicale crudum habet admodum, calidum tamen eius innatum miris inſignitur virtutibus, propter lucem ſeu ſpiritum lucis, quem habet in ſe copioſum, à quo virtus illa vulnera curādi & mēbra illa vulnerata roborandi dependet & ortū habet: hic eſt ſolus lucis ſpiritus qui hęc facit, interiorem noſtrum lucis ſpiritum roborando, tāquam illi omni ex parte ſimilis.

Sulphuris ſeminis virtutes.

Quæ me in hanc ſententiam compellūt, vt aſſeram has omnes inſignes virtutes harum thermarum, dependere à ſemine ſimplici

ſimplici & nondum coagulato ſulphuris; hæc ſunt : quòd ſulphur copiosè creſcat hiſce in montibus, & fere vndique flores ſulphuris ſuper lapides colligantur. Sulphur etiam ardet in intimis horum montium viſceribus, vnde fontes hi calent; quia dum tranſeunt vbi ſulphur ebullit & ardet, aquæ tranſeundo caleſcunt & foras erumpunt excalefactæ. Sulphur autem ibi generatur ac producitur ab ſpiritu minerali, qui vapor eſt elementorum omnium, & aſcendendo & deſcendendo fit aqua mineralis, & hæc aqua tranſeundo per loca terræ impura & argilloſa iungitur illi terræ, & vnà cum ipſa per calorem internum coagulantur in ſulphur vulgare & commune. Et dum per antiperiſtaſes ordinarias quæ quotannis fiunt tandem ſulphur illud generatum & productum in cauernis terræ flammam concipit & ardet, & dum ardet, ac conſumitur, ſcaturigines fontium omnium quæ propè reperiuntur incaleſcunt, & per calorem illum tenuiſſima pars aquarum euolat in vaporem, terrámque penetrat, & ſe impregnat virtute & proprietate ſeminalium actionum; & vapor hic iterum fit aqua, & vnà cum ſcaturigine fontium fluit, & virtutes quas habet fontibus communicat. Aliquando ſeminales hæ virtutes mineralium, vnà cum ipſa aqua fontis producuntur; nam quicquid eſt in rerum ſerie ab aqua ortum habet, & in-

Sulphur quo modo fiat.

Seminales virtutes mineralium vt miſceātur aquis

cipit suum esse ab ipsa aqua: quæ quidem aqua non simplex aqua est, & elementaris; sed quid mixtum est, omnes elementorum aliorum virtutes proprietates & essentias secum habens, & in se coërcens. Neque existimet, quæso, aliquis has virtutes minerales inesse fontibus, ex calefactione harum aquarum in visceribus terræ, quæ dum ebulliunt in visceribus terræ, ebulliendo trahant & alliciant virtutes has ex visceribus terræ; nihil enim habent ex hac calefactione prȩter simplicem calorem, qui nihil aliud illis aquis communicat virtutis, quàm calefaciendi. Et quamuis frigidæ essent nihilominus tantum quantum habent haberent virtutis: reducuntur quidem calore illo externo, & accidentali, virtutes hæ & proprietates in actum: id ipsum experientia comprobatur dum ipsas aquas minerales calefacere cogimur, vt virtutem illam naturalem quam habent suscitemus, & in actum reducamus, dum in externas & longinquas regiones asportantur.

Virtutes aquarũ de Bareges vnde.

Asserimus ergo virtutes & proprietates aquarum thermalium loci de Bareges, dependere ex semine sulphuris satis puro & nitido, non adhuc in corpus sulphuris coagulato & congelato; at est quid volatile & infixum, spirituale, tenue, & vaporosum, & perinde sua tenuitate qua pollet se insinuat aquis thermalibus, & miris ac stupendis decorat virtutibus. Quas vt in-

ſigniores & efficaciores reddamus ex diſpoſitione ſubiecti id fieri poteſt: ſubiectum ſiquidem plus vel minus ſuſcipit virtutis ſecundùm diſpoſitionem quam habet ſuſcipiendi has virtutes.

Diſponentur autem rite ſubiecta quæuis, ſi antequam balnea hæc ingrediantur, medicamentis catharticis ex progenie mineralium deſumptis purgentur bis, térue, quatérue, ſecundùm morbi exigentiam & vigorem. Et deinde dum balnea ipſa ingrediuntur ſi aſſumant grana quatuor ambari griſei in ouo ſorbili, vel guttas quatuor eſſentiæ ſuccini albi, vel guttas ſex eſſentiæ cinnamoni, aut roriſmarini, vel ſaluiæ: hæc enim eſſentiæ virtutem illam mineralem aquarũ roborant & fortiorem & efficaciorem efficiunt, quòd calorem noſtrum vitalem roborent, qui medicamentorum omnium virtutes in actum reducit. Methodus vtédi aquis loci de Bareges.

Vnctiones etiam balſami cuiuſdam ab egreſſione balnei mirè efficaces ſunt, cùm neruos & muſculos refocillent, quales eſſe poterunt vnctiones balſami catulorum, cum balſamo ſulphuris & ſpiritu vini, & eſſentia axungiæ humanæ, vel vrſi, aut cerui: hæc omnia mirum in modum proſunt, vt virtus harum thermarum potentior efficiatur.

DE AQVIS, AC FONtibus loci de Vic-le-Comte.

CAPVT XI.

Fontium loci de Vic le Comte descriptio.

IN Comitatu Aruerniæ, vbi fertilis admodum terra eſt, & quaſi huiuſce prouinciæ paradiſus, datur pagus dictus Vic-le Comte, extra cuius repagula datur rupes, in qua fontes duo reperiuntur, vnus eorum dictus eſt vulgari lingua, *La fontaine du Cornet*; alius verò, *La fontaine du Rocher*, ambo habent eandem & ſimilem virtutem, & habent ſecum vitriolum diſſolutum, vt ex guſtu ipſo apparet, & experientia alia, tum diſtillatione, qua celebrata verum vitriolum in fundo alembici reperitur, & ipſis aquis galæ appoſitæ conuertunt ipſam aquam in atramentum. Quæ ſigna vera ſunt & legitima admixti vitrioli, cuius ſolius beneficio ipſæ aquæ vomitum excitant, & vndiquaque purgant ſurſum & deorſum, & tanta cum violentia, vt aliquando excitet diſſenterias & fluxus ſanguinis periculoſos: vitriolum ſiquidem acre & mordax eſt, ac corroſiuum, nec acrimoniam demittit

Aquæ de Vic le Comte habent in ſe vitriolum.

naturalem admixtione ſola aquarum: vnde cùm in corpore quorundam reperiantur humores acres & mordaces ſimiles vitriolo, vitriolum iungitur hiſce humoribus, & vnà cum ipſis purgationes inſignes facit ac violentas, ad ſanguinem vſque, propter corroſionem quam excitat in inteſtinis.

Quamuis hi fontes hanc vitrioli corroſiuam facultatem ac potētiam obtineant; nihilominus non ſunt cotemnendi; proſunt enim multis, qui viſcoſis humoribus abundant, obſtructionibus hepatis, & lienis, ac meſenterij; nam vitriolum ſummopere aperit, & quamuis acre & mordax ſit eius acrimonia, & mordacitas corrigi poteſt, admixtione aquæ dulcis, & riuuli, qui in valle ipſa fluit. Et in medio cuius datur ſcaturigo aquæ bullientis, ex qua poſſet fieri balneum thermale miræ virtutis, quod æquaret virtutes, aquarum thermalium loci de Montdor, quæ propè hunc locum ſtant.

Fontes hi loci de Vic-le-Comte præter inſignes illas virtutes purgandi, quam ex vitriolo poſſident, habent adhuc multò abſtruſiores alias proprietates quas obtinent ex ſpiritu ſalis, aut vitrioli, in ipſo fonte producto, cuius ope obſtructiones omnes reſerant, calculos, & rudimenta calculi omnia foras expellunt, colicum dolorem, & arthriticum demulcent; imò & principia, ac ſemina ipſius lepræ extin-

gunt, & dissipant, humores acres ac viscosos, tenaces, & salitos euacuãdo & temperamentum ipsum mutando. Vnde vlcera omnia, ac tumores schyrrosi hisce aquis facili negotio curantur, cùm sanguis omnino acris & mordax, melancholicus ac serosus facili negotio euacuetur tum vomitu, tum per secessum, ac per hæmorrhoidas: vnde nullus fere morbus dari potest, quin hisce aquis curari possit: strumæ possunt his aquis ad cicatricem laudatam perduci, & præcipuè si post purgationem ipsæ strumæ lauentur sæpe sæpius ipsa aqua fontis, addito vitriolo, vt virtus abstersiua multiplicetur: qua deinde aqua, ter, aut bis in die lauanda & abstergenda sunt vlcera illa strumosa, superimposito balsamo sulphuris aqua illa ipsa fontis huius permixto, hac sequenti methodo, ♃ balsami sulphuris oleo nucis pręparati lib. 1. huic adde cerę optimę ℥iij. Camphoræ dissolutæ oleo amygdalarum dulcium ℥ j. misceantur simul & liquescant igne leui: & dum liquefacta omnia & simul optimè permixta: addatur parum aquæ fontis huius, & misceatur agitando donec incorporetur: addatur deinde parum iterum aquæ huiusce fontis, & iterum agitetur donec incorporetur: hoc multoties iterandum, donec aquæ ℥ij. sint incorporatæ: tunc temporis à mixtione quiescendum: & hoc balsamo vtendum est ad vlcera quæ-

Strumarum curatio.

cumque curanda, & cicatrizanda. Poteſt etiam addi aliquid ſacchari & tincturæ croci ipſa aqua fontis huius extractæ, & balſamum erit potentius, ad curanda vlcera.

Ad epotandas has aquas, nulla eſt præmittenda corporis præparatio, ſed ſolùm parum aquæ huius in principio bibendũ, & adhuc aqua dulci corrigendũ, ne acrimonia vitrioli qua turgent ipſæ aquæ, noceat ventriculo, & inteſtinis, quod nemo adhuc medicorũ fortaſſe indicauit; nihilominus hoc ipſum experientia certiſſimum inuenient.

DE AQVIS, AC FONtibus loci de Montdor.

CAPVT XII.

IN Comitatu Aruerniæ non longè à loco ſuperiori deſcripto de Vic le Comte, datur mons vulgò nuncupatus Montdor, vbi reperiuntur ſcaturigines aquæ bullientis, vbi balnea conſtituuntur miræ virtutis ad arthriticos dolores, paralyſes, ſpaſmos, & membrorum ſtupores curandos, alióſque ſimiles morbos fugandos. Quia calor cœleſtis naturalis & inſitus

Aquarũ loci de Mõtdor deſcriptio.

qui in hiſce aquis turget & abundat, humores viſcidos, frigidos, & humidos attenuat, eóſque fugat per poros corporis, excitatis, & elicitis copiosè ſudoribus, & ſic nerui ac muſculi roborantur, & ad ſtatum naturalem reducuntur, diſſipatis humoribus, qui eorum functiones & vſus impediunt ac retardant. Hæc autem aqua quòd abundet & turgeat calore illo cœleſti, quo innatus vniuſcuiuſque rei calor generatur ac producitur, peculiari ſua virtute & naturali hoc agit, neruos, muſculos, tendines, ac cartilagines membrorum omnium refocillat, ex virtute illa cœleſti ex aſtris in terram influenti, & præcipuè in montem hunc, cui inſunt fontes quamplurimi, quorum virtutes & proprietates ſi inueſtigarentur, certè aliorum fontium virtutes non altiùs extollerentur, quòd horum virtutes aliorum famam minuerent.

Obijcient fortaſſe nonnulli, me multa narrare de ſcaturigine fontium iſtius loci de Montdor; at nulia probare: nam aſſerendo tantùm virtutes & proprietates horum fontium dependere ab aſtris, quæ peculiari influxu virtutem corroborandi neruos & muſculos influunt in hos fontes, nihil fere eſt aſſerere, cùm vniuerſaliter ſciatur, virtutes rerum omnium à cœlo deſcendere in terras. Reſpondeo, me ſatis demonſtrare & probare dum virtutem peculiarem hunc corroborandi,

ab aſtris particularibus quæ monti prædominantur deſcendere probo. Nam hæc aſſertio & demonſtratio maior eſt, quàm illa quæ aſſerit & demonſtrat virtutes has dependere ex mixtione mineralium, quæ in montis ipſius viſceribus reperiuntur: hæc enim aſſertio non demonſtrat quæ ſint hæc mineralia, & qua ratione hæc mineralia poſſunt dare & communicare fontibus ipſis illud ipſum quod non habent. Nam fontes hi plus virtutis habent quàm mineralia vniuerſalia terræ, & ſæpe ſæpius fontes hi, nullas habent mineralium virtutes, at alias multò excellentiores.

Ego autem dum aſſero ac demonſtro virtutem hanc ex aſtris particularibus deſcendere in mõtem hunc, philoſophis, & viris omnibus acuto ingenio præditis oſtendo, qua ratione, & qua via influxus cœleſtes, & radij planetarum, ac ſtellarum omnium terræ vniantur, mediante ſpiritu mundi, qui baiulus eſt horum influxuum, & terrę vnit, & omnibus quę in terra generantur: & ſic virtutes & proprietates cœleſtes ſpecificam agendi potentiam ac indiuidualem ſuſcipiunt, quòd mixtis particularibus dum producuntur vniantur: vniũtur autem magis, ac magis, vni mixto quàm alteri, quòd hoc peculiare mixtum virtutẽ attractiuam maiorem habeat propter ſympathiam & ſimilitudinem quam habet cum influxu & radio,

quem attrahit, quàm cętera mixta, quę in eodem loco producuntur, quę cùm non habeant ſympathiã & ſimilitudinem cum aſtro influenti, non attrahũt peculiariter hanc virtutem, ſed aliam cum qua conformiorem habent eſſentiam: influunt enim aſtra fere omnia in omnibus locis, & mixta quæ hîc loci reperiuntur ſingula ſuſcipiunt ex aſtris quod illis conforme & ſympathicum eſt; aliud verò reſpuunt. Quòd ſi quod ex aſtris deſcendit, contrarium omnino & inimicum ſit quibuſdam mixtorum ſpeciebus, hęc ſpecies nullo pacto producitur, ac generatur in tali loco, in quem talis influxus deſcendit.

Fontes attrahũt virtutes cœleſtes & qua via.

Idem ipſum de fontibus aſſerere poſſumus, attrahunt influentiam, & virtutem cœleſtem cum qua conformitatem habent, & ſic efficaciores fiunt fontes in quibuſdam montibus, quàm in alijs. Itaque concludere poſſumus cum ratione virtutes & proprietates aquarum & fontium huius loci de Montdor, dependere ex aſtris & conſtellationibus particularibus quę hîc influunt: influxus autem hic peculiaris aſtrorum horum, nihil aliud eſt quàm lumen ipſum aſtrorum, quo montem hunc irradiant, & illuminant, quod lumen incorporatur ac miſcetur ſpiritui & humido radicali huiuſce loci, ex quo fontes hi producuntur; & ſic lumen hoc peculiare, communicatur fontibus huiuſ-

Virtute aquarũ loci de Mõtdor videſint.

cę loci, ex quo insignes illę virtutes & proprietates exoriuntur.

Qui hisce aquis thermalibus vtuntur, hanc pręcautionem habere debent: corpora eorum priùs sunt purgationibus pręparanda; qui verò priùs aquis de Vic le Comte purgati sunt, non egent illa pręparatione, quia sufficienter purgati sunt ab aquis his. Metho- do vtēdi aquis de Mōtdor.

Qui verò non talibus aquis purgati possunt, sumant Rheubar. aut Sennam, aut manna, aut aliquod aliud medicamentum, quo saburram humorum deponant, vel purgentur auro cathartico meo, si habere queant; nam illud ipsū medicamentum peculiari virtute pollet, vt fontes hos omnes moueat ad actionem miram ac stupendam, propter conformitatem, & sympathiam quam habet cum radijs & influxibus cœlestibus, ex quibus virtutes hæ scaturiunt.

DE THERMIS AC FONTIbus loci d'Aygues-Caudes.

CAPVT XIII.

SVNT adhuc in eodem Comitatu Aruernię scaturigines aquę bullientis Fontium loci d'Ay-

Aygues-caudes descriptio.

quę ex terra exoriuntur, in valle vna, vbi pagus adeſt, vulgò nuncupatus Caudes-Aygues, eò quòd ſcaturigines hæ calidę admodum ac feruentes ſint; vnde nomen vulgare illud quo pagus denominatur, id ipſum ſonat. Hę thermę efficaces admodum ſunt, & potentiores multò aquis ipſis loci de Montdor: conueniunt paralyticis, arthriticis, ſpaſmo, & ſtupore membrorum detentis, ac ſimilibus alijs morbis, pro quibus curandis infinitus fere ęgrorum numerus huc aſportatur ex longinquis prouincijs, vt hîc tempore veris & Autumni balneari poſſint, quibus in temporibus thermæ hæ excellunt, & efficaciſſimæ ſunt in curandis hiſce morbis.

Medici fere omnes exiſtimant harum thermarum virtutes dependere ex ſolo calore ſulphuris, quod in viſceribus terræ ardet, & aduritur, & quod ardendo aquas illas calefacit, & calefaciendo illas virtutes inſignes aquis ipſis communicat: at illud ipſum quaſi ridiculum multoties confutatum eſt; quî enim fieri poteſt, vt ſulphur ardens cõmunicet virtutes, quas ipſe non habet; aquæ enim illæ thermales, multas habent virtutes diſtinctas ac differentes ab ipſo ſulphure, ergo ab alio habent neceſſum eſt.

Aliquando etiam & ſæpe ſæpius euenit id quod ardet & comburitur in viſceribus terræ, non eſt ſulphur vulgare & com-

mune, ſed quid aliud à tali ſulphure diſtinctum, vt eſt carbo lapideus, bitumen, & quid aliud ſimile, quod in viſceribus terræ ardet & comburitur, & comburendo, aquarum ſcaturigines excalfacit: quid autem inde euenire poteſt virtutis in ipſis fontium ſcaturiginibus?

Nihilominus tamen qui aſſerere vellet pinguedines has terreſtres & ſulphureas, etſi impuras in ipſa combuſtione, reduci in primam eorum materiam, & principia ſua, & ſic purificari, & ab impura omini ſua materia vindicari, & ſic in ſpirituales ſubſtantias reduci & permutari, & ſic poſſe permiſceri fontibus, & ſuas omnino virtutes & proprietates communicare poſſe fontibus qui inibi inſunt; id fieri poſſe concedimus, & fieri ſæpe ſæpius aſſerimus; ſed tunc temporis non ſunt virtutes ſulphuris communis & vulgaris, nec lapidei carbonis, aut alterius pinguedinis terreſtris in viſceribus terræ ardentis; ſed ſunt virtutes & proprietates principiorum mineralium, quæ hæc mineralia in viſceribus terræ compoſuerunt, quæ per combuſtionem, & putrefactionem in principia redacta ſunt, & ſic ſe vindicarunt ab omni putredine & elementorum ſpurcitia, qua conſpurcata ſunt in mixtione ſua elementari. Sic iam à tali mixtione vindicata non ſunt amplius hæc mixta, nec eorum virtutes amplius obtinent; at alias longè maiores

Vndenã virtutes loci d'Ayguescaudes.

& potentiores, quæ à principijs ortum habent.

Itaque asserere possumus balnea hæc obtinere virtutes sulphuris, salis, & mercurij; non sulphuris, salis, & mercurij communis & vulgaris, sed sulphuris, salis, & mercurij principij, & seminis rerum mineralium.

Ita vt idem hoc sit, has virtutes dependere in genere ab spiritu mundi, qui suas virtutes & proprietates distinctas, ac diuersas exerit, ex locorum diuersitate & influxuum cœlestium distinctione.

Itaque virtutes & proprietates aquarum loci de Caudes-Aygues asserere possumus dependere ex eodem spiritu mundi, eásque diuersas & distinctas esse, ab ipso loco particulari, in quo producuntur & ab astro influēte particulariter in ipsum eundem locum: asserere autem quale sit istud astrum quod peculiari suo influxu hunc locum illuminat, altissimæ est inquisitionis, cùm in Auerniam multa sint astra huic prouinciæ dominantia: nihilominus tamen si Galliam totam consideremus, eámq; cum suis prouincijs collocatam esse sub tropico Cancri, in Zona temperata Septemtrionali, ad septentrionem versùs, vbi dominantur constellationes nūcupatæ, Lyra, Corona, Cassiopæa, Telum, Cygnus, Orion, Ophyocus, & aliæ multæ, si harum constellationum proprietates, vnà cum virtutibus harum

Mars & corona dominā-tur bal-

aquarum thermalium consideremus, non difficillimum erit coniectare, Coronam esse quæ influit particulariter in hunc locum, vnà cum Marte. Mars siquidem & Corona virtutes præcipuè corroborandi membra omnia corporis infundunt, vnà cum reliquis stellis quæ huic planetæ & constellationi famulantur. neis loci d'Ayguescaudes.

Si quis virtutibus & donis aquarum harum frui cupiat, purgandum priùs est corpus medicamentis ex progenie mineralium desumptis, & præcipuè sale vitrioli, aut antimonio præparato, aut auro cathartico. Postquam sic corpus euacuatum fuerit, balneari poterit auro sudorifico assumpto, vel ambaro grisco, aut minerali bezoartico, ad qualitatē granorum octo, in iusculo optimo: sic calor naturalis refocillatus & à calore balnei irritatus, humores omnes foras protrudet, & latentes attenuabit; ita vt per poros corporis per insensibilem trāspirationem euacuari queant. Postquam corpus ita euacuatum fuerit sudoribus illis aquarum thermalium, si aliquid morbi adhuc susperstit, poterit adhuc iterum corpus purgari aliquo leui medicamento, putà Senna, vel manna, vel Rheubarbaro: deinde iterum balneum ingredi poterit, ter, aut quater. Et in egressione balnei, post sudores transactos, poterit corpus, aut corporis partes dolentes & affectæ hoc balsamo perungi, quo membra omnino

Methodus vtēdi aquis de Caudes-aygues.

ad pristinam sanitatem Deo dante reducentur ℞ Axungiæ humanæ, aut vrsi lib. 1. distilletur per retortam, ter, aut quater rectificando: huic essentiæ rectificatæ addãtur essentiæ rorismarini & saluiæ an. ℥iij. permisceãtur simul, & in his infunde Caryophyllorum, cinnamomi, & croci nucis moscatæ an. ʒ iij. in cineribus tepidis per noctem vnam. Deinde transcolentur, & colaturę adde ceræ optimæ fusæ & liquatæ ℥ iiij. & misceantur simul: habebis balsamum quo potentius & efficacius nullum vidi in sedandis doloribus arthriticis frigidis, & in refocillandis mẽbris stupore & paralysi affectis: quo balsamo si vtaris post sudores in balneis thermalibus, mirandos & stupendos effectus experieris: corpus siquidem ea methodo quasi iuuenescit, & veterẽ pellẽ deponit.

Balsamũ ex aquæ hac auç.

DE FONTE QVI IN *suburbio Clarimontis in Aruernia reperitur.*

CAPVT XIV.

MIRVS & stupendus est hic fons, & ingenia Philosophorum ferè omnium exercet ac torquet, in exquirendis causis stupendorum suorum effectuum,

Fontis Clarimõtis descriptio.

fectuum. Exit ex rupe, & in ipso exitu rupes producit & lapides albos, ita vt incolæ huius vrbis dum pontes construere cupiunt, vt riuulum fontis huius permeare possint ad hortos suos inuisendos, fontis huius aquam super asseres fornicatim extructos transilire faciunt, & intrà viginti quatuor horas, pontem lapideum solidum habent, vt sicco pede riuulum fontis permeent. Aqua istius fontis visibiliter permutatur in lapidem, & nihilominus fluit semper vt reliqui alij fontes: Et aqua eius perlimpida est, nec differt colore, & limpiditate ab alijs fontibus: bruta ipsa siti oppressa falluntur, & aquam ipsam epotant nî impediantur; at si potent ipsam, illico in ventriculo coagulatur in lapidem, vnde mors subsequitur ex colico dolore hinc suborto, qui bruta omnia quæ aquam ipsam potarunt crudelissimis torminibus enecat: vnde incolæ summa cum cautela, bruta omnia sua hinc & procul ab ipso fonte auertunt. Ipsa enim aqua prælentissimum venenum est omnibus animantibus quæ ipsam bibunt. Dum enim exhausta est ex fonte suo, illico in lapidem conuertitur, quod & incolæ multis experientijs manifestum faciunt omnibus, qui hoc naturę mirum nō credūt. Suscipiunt aquam ipsam in vitro, & statim aqua congelatur in lapidem qui vitri figuram obseruat: suscipiunt vas terreum, illúdque aqua ipsa replent & bre-

Fons lapidescens.

uiſſimo tempore aqua ipſa condenſatur in lapidem qui vaſis continentis figuram retinet : mirum iſtud naturæ mirantur omnes : non exiſtimo tamen aliquos inuentos, eſſe qui rationes naturales huiuſce rei excogitarint.

Si chymicam artem callerent, ſcirent per ipſam qua ratione, & qua virtute lapides omnes fiant, & producantur in rerum ſerie; nam in hoc fonte cauſa efficiẽs lapidum potentiſſima eſt: inueſtigandum ergo eſt qualiſnam ſit cauſa efficiens lapidum omnium.

Vndnã fõs Clarimõtis lapideſcat.

Diximus in primo libro huiuſce Operis dum hoſce fontes lapideos diſquirebamus, mirum hoc naturæ in hiſce fontibus dependere ex ſpiritu mundi : iam demonſtrandum eſt, qua virtute ſpiritus mundi lapideam ſubſtantiam producat in iſto fonte.

Chymicorum doctrina manifeſtum eſt, in ſpiritu mundi tres latitare ſubſtantias, ſulphur ſcilicet, mercurium, & ſalem. Per ſulphur intelligimus calorẽ naturalẽ, ſeu calidum innatum rerum omnium. Per mercurium, humidum radicale notum habemus. Per ſalem, corporalem ſubſtantiam in qua calidum innatum & humidum primigenium vniuntur & viſibilia fiunt. Sal modus, & vinculum eſt calidi & humidi innati: calidum innatum maturat, coquit: humidũ verò nutrit augmẽtat: ſal verò cõdenſat, coagulat, & viſibile reddit.

In productione ergo istius fontis natura per particularem productionem ex peculiari astro, & cœlesti virtute prouenientem, virtutem salis principij, & proprietatem eius multiplicauit, & efficaciorem multò supra alia duo principia constituit; ita vt dum ipsa aqua fontis, ex scaturigine sua prorumpit statim congeletur in lapidem virtute salis principij sui, quo viget maximè hic fons: itaque aqua hæc congelatur in lapidem à coagulante virtute salis sui principij, qua viget & pollet.

Lapides omnes, & rupes, & saxa quotquot sunt in natura, aqua fuerant in principio ortus sui; at calidum innatum agendo in humidum desiccauit ipsum, & apparere fecit siccum illud naturale, quod salem dicimus, virtute cuius aqua in lapidem congelata est; antequàm verò virtus eius manifestaretur, & dum in centro aquæ occulta iacebat, humidum aquæ & virtus eius manifestum erat, & aquam veram constituebat. Lapides omnes aqua fuẽt in principio ortus sui.

Cernimus in liquore ipsius fontis actionem visibilem calidi innati in ipsum humidum, dum desiccat ipsum, & coagulat in lapidem virtute salis sui, qui ex actione calidi in humidum ortum habet.

Si fons hic non foras prorumperet, at in intimis terræ visceribus concluderetur, lapis fieret; & mons lapideus exoriretur;

Montes lapidei vt fiant.

Sic fiunt enim lapides omnes in terra, & montes lapidei. Aqua sublimatur & in vapores eleuatur per poros terræ, calidũ innatum aquę coquit ipsam aquam, & desiccat ipsam pedetentim, & virtute salis in ipsa latitantis tandem congelatur in lapidem; & quòd sursum tendant vapores, & in altum eleuentur, & semper coquamtur & indurentur virtute salis sui, sic fiunt montes lapidei, qui capita sua versus cœlum extollunt, quòd vapores huc tendant, & dum sursum eleuãtur, in eleuatione ipsa, & sublimatione congelentur in lapides.

Cur montes versus cœlum caput extollunt.

Quod si aqua, seu vapores elementorum dum sursum attolluntur, misceantur argillæ, & terræ pingui albæ, congelatur hæc materia virtute salis coagulantis in marmor album. Quod si terra illa cui miscentur vapores sit rubea, vel alterius coloris, congelatur hæc materia in marbor rubeum, vel alterius coloris, secundùm digestionem & coctionem sulphuris, quod terris permiscetur, eásque colorat sua forti, vel diminuta coctione; colores enim omnes ex varia coctione & digestione sulphuris exoriuntur. Sic in terris generantur varia genera marmorum, & lapidum diuersi coloris, qui producuntur ex abysso & Chao aquæ, hoc est ex semine interno elementorum omnium, quod in visceribus aquæ latitat potius quàm in reliquis elementis.

Vnde marmor

Colores vnde in marmoribus

Fons hic noster Clarimontîs lapides albos producit, quòd sulphur album sit, quod in semine latitat: est autem album sulphur huiusce aquæ, quòd crudum sit & indigestum, & propter indigestionem & cruditatem albedinem producit in ipsis lapidibus. Cur fős Clarimontis albos producat lapides.

In multis alijs reperiuntur lapides diuersi coloris, imò ex diuersis partibus coadunati in massam solidam, vt sunt talcum, lapides albi crystallini, pellucidi & lucentes; alij verò virides & nigri, alij rubicundi, qui omnes lapides granulatim condensantur in massam solidam, etsi diuersi sint generis, & variæ substantiæ. Id contingit ex varia & distincta sulphurum substantia, quæ in semine illo aquæ reperitur, vnde distinctio illa & vanietas substantiarum in vno & eodem subiecto heterogeneo reperitur, quam tamen varietatem virtus coagulatiua salis, in vnum cogit ac condensat, varietate tamen obseruata sulphurum. Quod est album & transparens congelatur in crystallum; quod verò album est, & salis spiritu turget congelatur in talcum; quod cùm habeat sulphur album & plurimum salis, parum verò mercurij, ideò ex paucitate mercurij lapidum magis imitatur naturam, quàm metallorum; retinet tamen colorem metallicum siue argenteum, ex sulphure albo metallico, quod habet. Talcum vnde fiat.

Vnde montes Aruerniæ.

Verba hæc non inutilia ſunt ad cauſas inquirendas vndénam fons Clarimontis in Aruernia, mutetur in lapides albos: Nam virtus hæc dependet ex vi coagulatiua & congelatiua, quæ potentiſſima eſt in ipſo fonte, ex ſpiritu ſalis principij qui turget in ipſo fonte.

Vndenã Aruernia fœno abvndet.

Non valde mirandum eſt quòd fons hic turgeat & polleat hoc congelante principio: nam tota Aruernia eodem principio abundat, vnde facti ſunt montes ingentes & prææalti illi, qui per totam Aruerniam reperiuntur, & maxima illa copia lapidum quæ inibi turget & abundat. Quod ſi etiam Aruernia turgeat & abundet fœno & paſcuis, hoc eſt ex copioſo mercurio quo etiam abundat: dum enim humidum illius Prouinciæ condenſatur in lapides, quod eſt ſeroſius, hoc eſt, quod aquoſi mercurij redolet naturam, & à copia ſalis ſeparatur, remanet & terram irrigat, & ſua fertilitate beat vnde fœnum copioſum & paſcua illa opima ortum habent: Nam ſiccior pars mercurij mutatur in lapides, aquoſior & humidior in fœnum pingue valde, ex quo vaccæ enutritæ, capræ, & oues, copiam lactis congerunt, ex quo copia illa caſeorum ortum habet qui bonitate & ſapore ſuo omnes fere alios terræ caſeos excellunt, propter temperatum & moderatum naturalem ſalem, quem ex lacte ſuſcipiunt, & lac ex mercurio naturali, qui in

Vndenam caſei Aruerniæ ſunt optimi.

fœno & paſcuris huiuſce prouinciæ naturaliter inſitus eſt, ex quo ſale ſuſcipiunt ſaporem illum gratiſſimum, & conſeruationem diuturnam.

Sed ad fontem redeamus, lapides qui ex eo fonte producuntur, molles ſunt & friabiles, nec marmoris vnquam duritiem imitantur; eò quòd in fonte ſit limus mercurij crudi, qui duritiem illam & firmitatem impedit, quòd illud heterogeneum quid ſit, & extra naturam principiorum naturalium; & perinde impedit vnionem perfectam & abſolutam eorum, & hinc firmitatem & ſoliditatem lapidum retardat; nam quò magis pura ſunt principia, & ab omni materia heterogenea vindicata, eò magis inter ſe copulantur & firmiùs hærant, vnde durities & ſolidites lapidum & firma compago eorum: vt cernere licet ipſamet experientia in cryſtallinis & lapidibus pretioſis, & metallis etiam, quæ quò puriora ſunt, eò firmiora, & ſolidiora naſcuntur.

Hinc concludere poſſumus virtutem lapidificam fontis Clarimontis in Aruernia, dependere ex virtute & proprietate coagulante, ſalis naturalis, quæ in ipſo fonte innata eſt, ex natiuo ſolo, & peculiari aſtrorum influxu, quæ hanc virtutem peculiariter in hoc fonte excitant potiùs quàm in alijs fontibus qui quidem habent ipſam eandem virtutem; at non in actum

Virtus lapidifica vnde.

M 4

tam citò reducitur, quàm in ipso fonte, quòd principium coagulatiuum & fixatiuum salis non adeò efficax ac potens habeant, vt fons hic habet.

DE SPADANIS fontibus.

CAPVT XV.

Fontium Spadanorum descriptio & virtus.

IN Leodiensi Ducatu datur pagus vulgò Spa dictus; non longè ab illo pago dantur fontes in Ardena sylua, eximiæ virtutis, & qui fama sua totum fere replerunt orbem, ob insignem proprietatem & virtutem quam habent in curādis omnibus fere morbis. Ægroti ab omnibus terræ partibus huc magna copia confluunt, ad potandas has aquas, vt à morbis incurabilibus cōmuni medendi methodo vindicentur & liberentur.

Quamplurimi non infimæ notæ Medici de his scripserunt aquis, varijque varia dixerunt; at tanta diuersitate, ac varietate, vt nulli fidē adhibere queant qui rebus naturalibus insistunt & ipsarum cognitioni inhiant: Sunt multi qui cuprum, qui ferrum, qui vitriolum & sulphur, has insignes virtutes, & proprietates his fontibus communicare, multis arguentis con-

tendunt: alij spirituosos mineralium halitus esse probant, alij ad occultas confugiunt causas, & dicunt occultam hanc esse fontis huius virtutem & innatam proprietatem, quam particulariter designare asserunt impossibile, & plus quàm herculeum opus: Id autem cùm illis videatur impossibile, nos id ipsum etsi magnum aggredi tentamus, & nostram in medium proferre sententiam cogitamus, cùm & de reliquis, & similibus fontibus hoc Opus exorsi simus.

Spadani ergo fontes habent has insignes proprietates & virtutes ex peculiari & particulari Martis & Veneris influxu, qui spiritualem quandam substantiam in hosce fontes deponunt, quæ vitrioli semen, ac spiritualem substantiam imitatur. Vnde quamplurimi hallucinantur dum has aquas gustant ac prælibant, dum gustu vitrioli saporem præsentiunt; non est vitrioli sapor, at Martis & Veneris influxus ac radius, qui fontis scaturigini immixtus, vitriolum inibi producere gestiens, aut martis, aut ferri rudimenta figere volens, nihil, nisi seminale quoddam rudimentum, vaporosum & spirituale ferri & martis, producit ac generat siue deponit. Quod si fixum, ac quietum in loco optimè clauso persisteret, certè ferrum, aut cuprum, aut saltem vitriolum inibi produceretur: At cùm quod deponunt astra illico effluat cum aqua fontis, ideò, tantùm semina horum

Mars & Venus virtutes producũt spadanorũ fontiũ.

metallorum, & influxus spirituales Martis & Veneris in ipso fonte experiuntur. Hinc distillatores, & qui arte chymica se existimant posse adinuenire causas materiales harum proprietatum, delusi falluntur, quòd in fine distillationis nihil adinueniunt quod mineralium corpora sapiat; imò limus qui residet in fundo vasis distillatorij nihil habet virtutis, & efficaciæ, sed tota & integra fontis virtus & energia cum ipsa aqua sursum elata euanuit: hinc virtus illa & proprietas insignis & admirabilis, quæ in hisce fontibus reperitur, colligitur esse quid spirituale, & non quid materiale, minerale aliquod redolens: non possumus autem spiritualem hanc essentiam alteri planetarum influxui attribuere, quàm Marti & Veneri; cum hi planetæ terris infundant, & communicent has omnes virtutes & proprietates, quas hi fontes habent, Mars robur ac vigorẽ membris omnibus infundit, obstructiones reserat omnes, & quod inimicum est calido innato fugat ac disperdit, febres omnes intermittentes curat, hydropises, paralyses, stupores, melancholicos omnes affectus, & frigidas omnes affectiones, quæ Saturni & Lunæ malè affectæ sunt, suo natiuo calore velut alter sol, comminuit & euanescere cogit. Venus verò sanguinem totum renouat, fœcunditatem inducit, sterilitatem longè propellit, morbis omnibus, membris ge-

Mars & Saturn' quid influant.

nerationi dicatis medetur, corundémque membrorum vigorem conciliat. Vlcera maligna curat, phagędinica & cancrosa mundat & abstergit, calorem intemperatum & nimium hepatis, lienis, & viscerum omnium tollit, Elephanticis summopere auxiliatur. Pallidos calores mulierum & virginum citissimè curat, si eius dominium præ cæteris planetis in corpore harum mulierum & virginum vigeat ac polleat, vesicas & vteros quocumque affectu maleficiatos restaurat, & ad statum debitum & naturalem reducit. Et multa alia quæ particulariter enarrare velle longum & tędiosum esset, hi planetę corporibus nostris, ac terris infundunt. Quę omnia in his fontibus peculiariter elucent, vt experientia quotidiana videre licet. Itaque si planetarũ horum virtutes & energiæ hisce fontibus insint, nihil mirum erit, si asseramus horum fontium virtutes ab hisce planetis dependere; terra siquidem non cœlo dominatur, nec inferiora superioribus; at è contra influunt superiora inferioribus ac dominantur.

Sapor acidus tenuis ac penetrans qui in his fontibus inest, Martis & Veneris testatur influxus & radios: Mars enim & Venu dum influunt in mercurium mundi, & vniuntur ipsi, ariditatem operantur in ipso mercurio: humidum enim mcrudu mercurij non coquunt perfectè & absolutè, & — *Sapor acidus pertinet ad veneren & martes.*

perinde cùm non absolutè coquatur, acidus fit potius, quàm alterius saporis: calidum enim humido permixtum, & vnitum, si non absolutam habeat coctionem & omnino perfectam, acescit, vt in fructibus immaturis cernere licet, qui dum immaturi sunt acidi sunt; dum verò maturi, & perfecti, & absoluti omnino dulces.

Quando verò Venus & Mars, qui sunt imperfecti soles, suum calidum & radium mercurio mundi infundunt, ob debilem suum calorem ac influxum, coctionem absolutam mercurij perficere nequeunt & perinde imperfectè, & segniter coquunt: vnde aciditas & acor, in his omnibus quæ Martis & Veneris coctionem patiuntur, reperitur. Aciditas ergo quæ inest in hisce Spadanis fontibus; dependet ex debili & impotenti Veneris & Martis influxu & radio, qui Mercurium mundi seu humidum radicale naturæ, imperfectè coquit qui in hisce fontibus inest. Quòd si aciditas horum fontium ex Marte ac Venere depēdeat, virtutes etiam omnes alias & proprietates quæ hanc aciditatem consequuntur dependere necesse est.

Concludimus ergo virtutes & proprietates Spadanorum fontium dependere & originem habere ex Martis ac Veneris influxu, & reliquarum constellationum quæ Martis & Veneris sequūtur virtutes,

quæ vnanimi concursu in hos fontes has virtutes infundunt, & in his tenuissimam, ac spiritualem producunt substantiam, quæ non materialis, ac fixa fontibus adhæreat; at volatilis est omnino & infixa, tanquam Martis & Veneris spiritualis influxus, & eorumdem planetarum spirituale semen, quod citò in auras euanescit si sub Ioue frigido diu quiescăt a quæ. Hæc sunt quæ de Spadanis fontibus dicturus eram; si aliorum sententia plus arrideat Lectoribus, liberum sit vnicuiqu e iudicium.

DE FONTIBUS NIuernensibus, vulgò dictis les eaux de Pougues.

CAPVT XVI.

fontis niuernēsis descipulo ac virtus.

IN Diœcesi Niuernensi prope pagum dictum *Pougues*, dantur fontes insignes & eximiæ virtutis & proprietatis: reserant omnes obstructiones, purgăt omnes præter naturam humores, putredini resistunt calorẽ naturalẽ refocillant, & venenatis & malignis humoribus insigni proprietate, obsistunt, ita vt omnibus fere morbis subuenire nati sint tutò, citò, & iucundè. Et quicquid possunt & valẽt Spadani fontes

deuincendis humanæ sortis miserijs & calamitatibus, hi etiam pari naturæ dote, ac forsan potentiori & efficaciori pollent. Vndénam autem tantùm virtutis habeant iam nobis incumbit disquirendum; non enim ex Marte & Venere, vt Spadani fōtes hanc virtutem exhauriunt, quia hi fōtes subtiliores sunt Spadanis, habéntque spiritum subtiliorem non ita rudē ac fortem sed mitiorē, ac dulciorem: quapropter ego asserere vellem has virtutes descendere ex radiis & influxibus Iouis & Mercurij qui in hunc fontē seu scaturiginem spirituale quoddam semen metallicum argentiuiui, & stanni infundunt cuius ope, & auxilio hic fons hisce insignitur virtutibus, veluti horum metallorum habeat secum dissolutam substantiam, cùm tamen in ipso fonte nec minerale vllum, nec quid vnquam metallicum reperiri cōtingat vt sæpe sæpius quamplurimi experti sunt distillationibus, & euaporationibus ipsius aquæ celebratis.

virtus fontis Niuernensis ex Ioue & Mercurio.

Aciditas illa subtilis & penetrans ad dulcedinem vergens quæ in ipsis aquis gustu percipitur, non ex vitriolo, non ex sulphure, non ex Venere, nec Marte, nec ex vllis alijs mineralibus & metallis ortum habet; cùm non fortis sit & acris valde, sed temperata, & ad dulcedinem quandam vergens: vnde ortum habere ex Ioue & mercurio suspicamur: cùm semen proprium & innatum horum duo-

rum metallorum sit eiusdem qualitatis, & virtutis, & semen eorum siue radius & influxus Iouis & mercurij elementorum sublunarium seminibus permixtus & adunatus, acedinem temperatam, penetrantem ac subtilem procreet ac producat, tum in ipsis metallis, tum in rebus omnibus sublunaribus, quibus hic radius, seu semen spirituale horum planetarum permiscetur & vnitur. *Iupiter & Mercurius acedinē causant.*

Ridebunt forsan quamplurimi Medicorum, & physicorū hanc opinionē;at risu digni sunt ipsi,& naso suspendi adunco, quòd hanc acedinem & virtutem ac proprietatem fontis huius, ad sublunarem & elementarem, ac terrestrem referant causam:quidquid enim in orbe terrarum & in infimo hoc orbe habet virtutem, & agendi potentiam, non ab inferiori hoc globo, sed à superiori id habet: virtus agendi non ab elementis inferioribus sed à superioribus ortum habet, ignis ipse, aër, aqua, terra, per se, & ab his ipsis non sumunt agendi potentiam quam habēt; sed ab ipsis superioribus elementis quicquid habent actionis & energiæ suscipiunt. *Quidquid agit illud habet ex cœlo.*

Vnde si fontes hi habeant miras & stupendas virtutes & proprietates, non ab ipsis inferioribus rebus habere necessum est, sed ab ipsis superioribus fontibus, à quibus omnia sublunaria desumunt agēdi potentiam, desumere necessum habēt,

Et perinde risu maximo digni sunt Medici & physici omnes, qui hanc meam de fontibus his ridebunt sententiam & opinionem; non enim ridiculosa est, at vera & legitima, tanquam à fonte vero & legitimo agendi desumpta.

Quid enim non potest radius mercurij, & Iouis cum his inferioribus elementis permixtus & vnitus,& præcipuæ tenui ac subtili aquæ immixtus, quæ tenuitate & subtilitate sua hunc subtilem spiritum cœlestem vitæ plenum vbique defert, ac portat,& insinuat, vt in ea omnia quæ sunt contra naturam agat,& virtutem suam exerat, & præcipuè in serosos humores, tenaces, ac viscosos discutiendos attenuandos, ac fugandos? Vnde non mirum est, si hi fontes reserent omnes obstructiones hepatis, lienis, & mesenterij, purgent omnes humores præter naturam, qui in omnibus corporis nostri visceribus intimis reperiuntur, putredini resistant,quæ ob prohibitam caloris natiui ventilationem exoriri solet, calorem natiuum refocillent omnibus in membris, vnde paralyticis & stupore affectis membris subueniunt, & quasi iuuentutem & vigorem iuuenilem inducunt, & malignis omnibus humoribus obsistunt: vnde pesti occurrunt, & febribus omnibus pestilentibus, ac maligna qualitate præditis curandis inseruiunt, & vlceribus quibuscunque curandis nihil præstantius

vnde reserant obstructiores fontes Niuernensis.

præstantius inuenire possit: radij siquidem & influxus mercurij & Iouis hæc omnia potentissimè agunt, & potissimum si puræ, ac nitidæ, ac tenui elementorum sublunarium substantiæ immergantur: nam eorum actio potens ac efficax, ex subtili ac tenui materia dependet. Tenuis autem ac subtilis valde est hæc aqua, & subtilitate & tenuitate præstat aquis Spadanis; vnde etiam potentius & efficacius agit. Est etiam hic fons in loco, vbi aër subtilis admodum est, & valde temperatus, vnde ægroti omnes qui huc magna copia ex Lutetia Parisiorum affluunt, illa aëris temperie & benignitate fruuntur quæ non parum confert, ad curationem morborum omnium: est enim in aëre occultus vitæ cibus, quo partes omnes corporis nostri mirificè recreantur. Vnde non sinè maxima ratione & insigni prudentia illustrissimus Dominus de Boubart, Archiater Christianissimi Regis nostri Ludouici, anno 1634 præscripserat vsum harum aquarum Ludouico Regi nostro, idque prospero cum successu sanitatis ipsius Regis, quę post vsum harum aquarum summa fuit & absoluta. Quod tamen non probarunt nonnulli Medicorum Parisiensium potius ex inuidia, quàm ex alia ratione, quod sinè consilio totius Vniuersitatis hoc egerat Dominus Archiater. Id tamen liberè & audacter poterat, virtute & energia harum

In aëre vita est.

aquarum fretus & securus. Nihil enim est in toto rerum orbe efficacius, ac potentius pro conseruanda ac tuenda Regis nostri sanitate, hisce fontibus: Quicquid enim Regi conuenit vt se tueatur ac defendat ab omnibus quæ illi intrinsecus nocere possunt hi fontes blandè admodum iucundè, ac tuto administrare possunt, vt ex superioribus colligere licet. Quapropter non longiùs protraham ac differam conclusionem, qua asserere possum virtutes ac proprietates insignes, quæ fontibus Niuernensibus insunt dependere ex radijs & influxibus cœlestibus Iouis, & Mercurij, qui seminalem quandam virtutem & spiritualem substantiam, Mercurij & stanni seminibus correspondentem, his aquis influunt, & procreant, ex qua spirituali substantia, non metallica, non minerali, sed cœlesti radice, virtutes omnes & energiæ ortum habent. Ad virtutem & efficaciam harum aquarum prospero cum successu obtinendam consulo corpus priùs esse purgandum lenibus nonnullis medicamentis, vt senna, manna, & Rheubarbaro', vel croco metallorum, aut sale vitrioli.

Sic præparatum corpus energias & virtutes harum aquarum potentiùs & efficaciùs persentiet.

DE THERMIS AC balneis Borbonensibus.

CAPVT XVII.

BORBONENSES thermæ in Gallia famosæ & inclytæ, propter insignes & eximias virtutes & naturæ dotes, quibus naturaliter donantur in curandis fere omnibus morbis, multos torserunt Philosophos & Medicos, & adhuc varia anxietate torquent, vt earum virtutum originem & ortum discere & cognoscere possint. Nunc enim multi ex bitumine, alij ex sulphure, alij ex metallicis spiritibus, & mineralibus virtutes has scaturire, asserere contendunt: Nos verò ex particulari cœlesti influxu & radio has descendere proprietates asserimus, & Veneri & Lunæ, eorúmque signis eiusdem naturæ & virtutis attribuimus: cæleſtia enim hæc astra loco huic peculiarem quandam substantiam, spiritualem & astralem infundunt, metallis inferioribus correspondentem; ratione cuius calorem natiuum membrorū omnium refocillant

Balneorum Borbonensium descriptio ac virtus.

Virtus fontis Borbonensis ex Venere & Luna.

hæ aquæ: hinc paralyſes curant, arthriticos dolores mitigant, colicos cruciatus demulcent, ſtupores & ſpaſmum auertunt, catarrhos inueteratos, cephalalgias & hemicranias depellunt, vlcera quæcumque maligna ac depaſcentia, ad cicatricem laudatam conducunt, obſtructiones omnes reſerant, acres humores temperant, viſcoſos ac tenaces attenuant, craſſos & terreſtres læuigant. Sic nihil eſt in corpore noxium, ac præter naturam quod facultate ſua, & agendi mira poteſtate non expellant: vnde virtus illa inſignis & ſtupenda in curandis morbis fere omnibus, ortum habet. Nam ſi his aquis ac thermis calor natiuus refocilletur, & quicquid eſt in corpore præter naturam euacuetur, non eſt dubium quin morbi omnes facili negotio curentur. Refocillatur autem natiuus calor, à calore cœleſti & aſtrali Veneris & Lunę, quo turgẽt hæ aquæ influxus ſiquidem horum planetarum cùm ſint vitales, & eiuſdem ſubſtantiæ cum calore noſtro natiuo quo viuimus, facili negotio calor noſter refocillatur & reſtauratur ab alio ſibi ſimili; refocillatio ſiquidem & reſtauratio à ſimili ſubſtantia dependet. Eſt autem calor noſter ſimilis & eiuſdem eſſentiæ cum influxibus, & radijs cœleſtibus Veneris & Lunæ, in genere ſaltem; cùm ambo ſint cœleſtes & ab vno & eodem fonte, nempe ſole hauriantur: Sol enim planetas

omnes irradiat, & suam virtutem ac lucem in hos infundit: Planetæ deinde cùm à sole hauserint suam lucem ac virtutem terris communicant ac dispergunt cum aliqua tamen distinctione ac diuersitate: Nam virtutem suam peculiarem cum virtute solis miscent, & vnam particularem faciunt, & terris communicant; noster autem calor naturalis quo viuimus, à sole est, & particularem virtutem ac proprietatem in nobis ipsis acquirit, & sic à calore generali solis discriminatur; nihilominus tamen eiusdem radicis est, nam à luce creata illa vniuersali omnes illi calores, seu luces dependent & originem habent. Et cùm maxima illa pars illius generalis lucis creatæ, in sole collecta fuerit, vt hinc tanquam à vero lucis fonte, cæteræ & aliæ luces omnes desumerent pabulum & alimentum; sic à Deo ordinatum est, vt calor omnis naturalis qui lucis creatæ portiuncula est, à luce illa cœlesti refocilletur, & restauretur, tanquam ab inexhausto & perenni lucis fonte.

Omnis calor natiuus ex sole est.

Sic balnea hæc thermalia Borbonensia, & alia eiusmodi omnia, quæ calore multo pollent & turgent, nostrúmque calorem natiuum suo interno refocillant, hoc habent à calore & luce cœlesti, quam à superiori fonte exhauriunt.

Non est ergo mirum si tantùm virtutis & energiæ experiatur in hisce bal-

neis ac thermis ; à cœlo enim hoc habent in quo virtutes omnes & proprietates insignes & eximiæ collocatæ sunt.

Notandum tamen est in hisce balneis duplicem esse calorẽ, externum vnum & aduentitium, qui foris aduenit ex ardente, sulphure, bitumine, aut alio quouis simili pingui & adiposo minerali combustibili: qui quidem calor nullius est virtutis & efficaciæ, nihílque aliud præstat in ipsis thermis quàm solùm calefacere, & illo externo calore, alium insitum & internum suscitare, qui verè est totius actionis & energiæ principium & fundamentum, à quo solo dependent & originem habent insignes & mirandæ virtutes, quas ægroti ferè omnes in hisce thermis experiuntur.

Hinc audacter concludere possumus, thermas Borbonenses habere virtutes suas & proprietates ex calido illo innato suo quo turgent & abundant; suscipiunt autem illud calidum innatum suum, ex peculiari cœlesti radio & influxu quem à Luna & Venere suscipiunt, qui in ipsis aquis spiritualem quandam substantiam cœlestem & astralem argenti & cupri seminibus correspondentem procreant ac producunt, quæ subtilitate sua totas ipsas aquas penetrat, & eorũ substantiæ radicaliter permiscetur, & inseparabiliter adhæret: vnde si distillẽtur, aquæ ipsæ, & ipsamet spiritualis substantia virtuosa & actiua vnà

cum ipſa aqua diſtillatur cùm tamen ſit tenuiſſimæ ſubſtantiæ euaporat facilimè cum tenuiori aquæ parte, remanente craſſiori, abſque vlla virtute, & efficacia, vt quamplurimi Medicorum & Phyſicorum ſæpiſſimè experti ſunt aquas ipſas diſtillando, & euaporando.

CONCLVSIO HVIUſce libri ſecundi, Caput XVIII. *& vltimum.*

SVnt multi alij & fere infiniti fontes per totum terrarum orbem in Germania, in Italia, in Hiſpania, in Anglia, in Græcia, in tota Europa, in Aſia, Africa, & America; cœlum enim vbique producit res miras & ſtupendas, de quorum virtutibus & proprietatibus dicere, & enarrare non in votis eſt, cùm charta non ſufficeret, & dicendi modus infinitus eſſet. Quæ dicta ſunt Lectori ſufficient vt ex primo libro & ſecundo, aquarum omnium virtutes colligat & cognoſcat; nam ſi in aliis terræ locis fontes reperiantur eximiæ virtutis & proprietatis inauditæ, cauſa ad cœlum referenda eſt, & ad ſpiri-

Infiniti ſunt fontes miri & rari.

Quidquid in terris rarũ eſt à cœlo dependet.

tum mundi ex cœlo descendentem; nam quicquid rarum est, & mirum in terris, ex hac sola & vnica causa expiscandum est, & ad eam solam referendum.

Itaque si Germani Itali, Hispani, Angli, Medici ac philosophi conquerantur, quòd patriæ suæ miros fontes non descripserim, & Gallices tantùm & patrę meę insitos & natales inquisierim, sufficiat illis me eos tantùm descripsisse fontes, quos ipsis oculis perlustrarim, ex quibus ipsi si vellent suos natales fontes & patrios describere, & causas eorum inuestigare & enarrare poterunt. Existimo quidem per totum terrarum orbem miros & stupendos existere & scaturire fontes, & præcipuè in America in zona torrida sub linea æquinoctiali, cùm ibi planetæ omnes, & cœli feruor ac lux directè & perpendiculariter influant in terram; & miros ac stupendos effectus producant; nam si ibi mineralia multa, aurum putà purum & argentum, margaritæ & lapides pretiosos insignes & admirabiles terra producat, aquæ beneficio: sunt hęc omnia aquæ partus, ac fœtus quidni & ipsamet aqua & præcipuè in fontibus admirabile & stupendũ quid producet? Sunt etiam inibi locorum plantæ, arbores, animaliáque admiranda, & nostris plantis arboribus, & animalibus toto cœlo differentia, & virtute & efficacia præstantiora; Quidni etiam & ipsa aqua

Im America fontes miri & quare

cùm his omnibus ſit vniuerſale alimentum & pabulum quotidianum, erit etiam admirandis virtutibus prædita, & quid aliud mirabilius & efficacius in America producet & efficiet, quàm in noſtris hiſce regionibus, nullo pacto id dubitandum eſt, & qui huc nauigant fidem facere poſſunt: ſed cùm aurum, argentum lapidéſque pretioſos, aliáque eiuſmodi ſummi pretij, quærant & inueſtigent, aquarum ſcaturigines relinquunt, ac floccipendunt, aut ſaltem ſinè vlla alia inquiſitione pertranſeunt: ideò de effectibus eorum miris nemo adhuc dixerit. Nihilominus tamen admirandos fontes eſſe oportet, quorum virtutes & proprietates colligere poſſumus ex his omnibus quæ, dicta ſunt in primo & ſecundo Libro huiuſce Tractatus, & ad cœlum eiúſque ſpiritus, qui ſunt cœli influxus & radij lucis, è cœlo in terram deſcendentes, referre poſſumus: ſic claudemus riuos noſtros cùm iam ſat prata biberint. Et tertium aquarum & fontium Librum inauditum etſi vbique repertum inchoëmus, vt Chymici omnes & huiuſce ſententiæ fideles alumni inebrientur, & me liberalem & omnino prodigum vbique terrarum in gratiam eorum prędicare queant; etſi illis aquas propropinandam præbeam vinum tamen eſt à cuius ſpiritu nemo Chymicorum ſe tueri poteſt.



DE FONTE CHYMICORVM.

LIBER TERTIVS.

QVID SIT FONS Chymicorum.

CAPVT I.

A fonte Chymicorum dependet notitia reliquorũ fontiũ.

Liber primus & secundus huiusce Tractatus inutilis & vanus esset philochymicis, Tertius hic liber de fonte chymicorum subsequetur. Nam quicquid mirum & rarum diximus de fontibus in genere, & in particulari, occulta quadam ratione dependet, & ortum habet ab illo Chymicorum fonte. Hic est ille fons, è medio terræ surgens & irrigans totam & vniuersam superficiem terræ: hic est ille fons quo tota natura irrigatur, quo fœcunda est, & sinè quo sterilis & infœcunda iacet veluti mortua: hic est ille fons quo animalia vegetabilia & mineralia cuncta, viuunt, nutruntur, & conseruantur: hic est ille fons, cuius scaturigo, cœlum est, & terra elementa riuus & alueolus quẽ multi quærunt, pauci in-

ueniunt; quem vident omnes, & pauci cognoſcunt; quem potant omnes, & pauci ſapiunt, is eſt qui commercium inter ſuperiora & inferiora peragit, qui animas ab orco educit, eáſque in orcũ introducit; qui vitæ & mortis principium eſt, qui elementorum omnium anima eſt, qui mundum hunc perficit, & nomen ſuum illi imponit, alioquin verum Chaos eſſet, nî ab ipſo fonte ſpecies diſtinguerentur, & apparerent quid ſint in rerum natura, & quid poſſint & valeant.

Fontis chymici variæ deſcriptiones.

Hæ ſunt fontis noſtri deſcriptiones, quę adhuc apud chimicorum patres numeroſiores, & plures reperiuntur, & fere infinitę; cùm omne naturale, cœleſte, & clemẽtare valeat & poſſit intra huiuſce fontis deſcriptionẽ coërceri. Poſſumus enim rectè dicere: fons hic cœlum eſt, Sol, Luna, Saturnus, Venus, Mars, Iupiter, & Mercurius: fons hic ignis eſt, aër, aqua, terra: fons hic eſt animal, homo, leo, buffo, ſerpens, piſcis, fœmina virgo: fons hic, eſt vegetabilis; arbor, pomum, moly roſa, mercurialis, Lunnaria, oliua, corallum: fons hic eſt mineralis, ſal, arcenicum, ſulphur vitriolum, auripigmentum, nitrum, borax, lapis, et omnia illa quæ in ſingulis animalium, vegetabilium, & mineralium generibus reperiuntur. Quæ omnes deſcriptiones obſcurant potius hunc fontem et occultant, quàm manifeſtent. Vt tamen manifeſtum faciamus

& apertum & cum ipſo omnes aliæ ſuæ allatæ deſcriptiones, manifeſtæ fiant, nos veram & legitimam fontis huius definitionē adferemus: Fons Chymicorum eſt, vniuſcuiuſque rei humidum radicale & primigenium.

Fons chymicorum quid.

In hac vnica definitione, infinitæ omnes ſuæ deſcriptiones manifeſtæ fiunt: nam cùm humidum illud primigenium in omnibus rebus reperiatur, & eſſe conſtituat rerum omnium tum animalium, vegetabilium, & mineralium, rerum etiam omnium nominibus poteſt inſigniri; vnde ænigmata, logogryphi, emblemata, omnia Chymicorum orta ſunt, ad obſcurandum hunc fontem leuis armaturę hominibus, & ad detegendum triarijs, & veteranis; non ſunt enim margaritæ hæ brutis his obijciendæ.

At quoniam humidum iſtud, in rerum ſerie vniuerſali multipliciter & infinitè quaſi variatur, iam diſquirendum eſt, quot ſint eius genera, vt notis generibus perdiſcant Chymiæ alumni quod genus illis ſit neceſſarium vt mira præſtent.

QVOTVPLEX SIT fons Chymicorum.

CAPVT XV.

SVperiori in Sapite infinita ferè genera & ſpecies vidimus & enarrauimus fontis Chymici ; hæc omnia tamen genera ad tria ſolùm vniuerſalia referuntur. Quicquid enim in rerum natura eſt, vel eſt animale, vel vegetabile, vel minerale, hæc tria genera, omnia in ſe coërcent. Animale humidum radicale, humido pingui elementorum & radio cœleſti tenui admodum conſtat, & plus eſt radij cœleſtis & lucis illius creatæ, quàm humidi pinguis elementorum inferiorum : vndè plus cœli habent animalia omnia, quàm cætera genera, duo, vegetabilia putà, & mineralia, vnde etiam ex eo quòd plus cœli & lucis habeant viuunt ſentienti anima, cuius facultates & poteſtates admirandæ ſunt & ſtupendæ in nonnullis animalium ſpeciebus, & illud omne ex luce eſt, & ſpiritu cœleſti, qui quò in rebus inferioribus potentior eſt & vegetior, eò pulchriores, & rariores producit & gene- Animalia plus cœli habent.

Animalia cur præstét vegetabilibus & mineralibus.

rat: vnde animalia præstant vegetabilibus omnibus, & mineralibus; quòd in his cœlum sit vegetius & robustius; humidum autem elementorum pingue, rarius, subtilius, & non tantæ tenacitatis & viscositatis.

Vegetabilia verò in genere habent humidum primigenium pingue, aëreum, & aqueum valdè, cœlesti tenui luce imprægnatum à qua habent vegetandi illam visibilã, & notam facultatem qua viuunt anima vegetanti, & qua durant in æuum, & à qua facultates omnes & vires dependent, & à qua distinguitur & variatur omne genus vegetabilium, vt & reliquorum generum differentia: nam quot lucis species in cœlo sunt, tot etiam in terris distinctæ animalium vegetantium, & mineralium species reperiuntur.

Species animalium vegetabilium & mineralium vnde sint variæ.

Fons chymicorum minerale humidum.

Minerale verò humidũ radicale, quod per antonomasiam fontem verum & legitimum chimicorum dicere possumus, quòd ipsum quærant, ad quem inhiant totis viribus, vt mira sua, & stupenda patrent, nihil aliud est quàm ipsum illud humidum quo constant omnia mineralia, quo durant, quo persistunt, quo in igne fluunt & liquantur, estque humido elementorum pingui admodum & tenaci, viscoso & vnctuoso & terrestri & aquoso potius quàm aëreo, conflatũ, vnà cum cœlesti illa luce, seu radio planetarum & constellationum coadunatum.

Quid autem sit elementorum omnium illud humidum pingue, ex quo fons chymicorum in genere constituitur, diximus multis in locis Palladij nostri de quo in tali opere copiosus est sermo; nihillominus repetam hîc, vt facili negotio colligant, omnes chymiæ alumni & candidati, quid sit chymicorum fons: Illud humodum pingue elementorum quod in tribus rerum generibus reperitur vna cum lumine cœlesti adunatum, est semen, seu purum cuiuscumque, elementi, quod vnumquodque elementum, in centrum terræ demittit atque deponit, ibíque virtus naturæ, quæ & Archæus dicitur, semina illa miscet, & cum cœlesti lumine & influxu conterit, quod cœleste lumen hinc vapores excitat, qui sursum feruntur & sublimantur, iterúmque descendunt & ascensu & descensu suo, indesinenter & perenniter iteratò condensantur in corpora, & res quarum differentiam susceperunt, ab spiritu cœlesti & radio, qui in eorum centro latitat, & occultatur.

Quid sit humidū pingue elementorum.

Semina ergo illa, seu pura elementorum omnium, quæ in centrum terræ naturali sua sponte deferuntur, vt simul perisceantur cum cœlesti luce, sunt humidum illud elementorum pingue, ex quo fiunt materialiter omnes fontes, & præcipue, fons Chymicorum, & illud hu-

Vndenā fiunt omnes fontes.

midum seu semen elementorum in tria genera tripartitur, & vapores etiam qui ex illo humido sursum feruntur, tripartitam habent distinctionem & differentiam; nam ex quibus nutriuntur & fiunt animalia, animales dicuntur: ex quibus verò fiunt & nutriuntur vegetabilia, vegetabiles nominantur: ex quibus verò mineralia, minerales nuncupantur. Quòd autem hæc tria genera in terra reperiantur, vnumquodque ex fonte illo, per vapores suos quos perennes emittit suum quod illi competit, attrahit, & suscipit, ad sui conseruationem & nutritionem, & generationem.

Fōs chymicorū triplex.

Sic ex vno & eodē fonte hauriunt omne quod illis competit. Quod nî fallor videtur dictasse Spiritus sanctus, in secundo Capite Geneseos: Et fluuius egrediebatur ex loco voluptatis ad irrigandū paradisum: & clariùs in eodē Capite; Fons ascendebat è terra, irrigans vniuersā superficiem terræ. Alij vertunt; Vapor ascendebat è terra irrigans vniuersam superficiē terræ, quod aptius est & conuenientius cum sermone superiùs allegato. de humido rerū omnium radicali, in centro terræ quiescenti, quod tripartitū fecimus, animale, vegetabile, & minerale; vt ab vno fonte res omnes scaturiant & oriantur, & vt ab vno increato & æterno, sumpserint originem; sic etiā ab vno creato & temporali ac finito foueantur & nutriantur.

QVA

QVA VIA, ET QVA occulta ratione, fons Chymicorum fiat animalis.

CAPVT III.

FOns Chymicorum dum in principio sui ortus & originis, semen est elementorum omnium & cœli, est quid indifferens & indistinctum ad animal, ad vegetabile, & minerale: sed cùm lux & virtus cœlestis quæ in eo est attenuauerit omnia elementorum semina, & ad certum quemdam gradum subtilitatis conduxerit, tunc temporis natura, ex illo semine, & humido radicali sui ipsius non potest producere nisi animal, animal putà insectile quod aiunt, quod non præcedente alio animali sibi simili gignitur, vt sunt serpentes, muscæ, papiliones, ranæ, bufones, & alia innumera, quæ non ex præcedentibus similibus animalibus gignuntur, sed ex solo illo semine generali, ad certum gradum perfectionis conducto, virtute innata lucis cœlestis producuntur. Fons Chymicorum qua ratione fiat animalis.

Animalia siquidem alia quæ dicuntur perfecta ex illo quidem semine generali fuerunt educta, sed manu diuina & ope- Animalia perfecta

qua via fiant ex fonte Chymicorum.

ratione fuerunt in principio creationis ad illum gradum perfectionis conducta, & ipsamet deinde ab ipso posse diuino receperunt illam virtutem & energiam se ipsa multiplicandi in semine suo, quam adhuc virtutem conseruant illæsam, & ad finem vsque sæculi conseruabunt.

Quod enim Deus semel dedit rebus naturalibus, semper & perenniter illis conseruat. Vnde si animalia perfecta habeant in se semen quo producuntur & multiplicantur, etsi sit ex seminis vniuersalis partibus substantialibus conflatum & adunatum; tamen virtutem illam particularem & peculiarem seipsum tantum in se ipso multiplicandi, non habet ex virtute illa innata seminis generalis; sed ex illo posse diuino, quod in principio creationis mundi, animalia perfecta producendo, dixit illis; Crescite & multiplicamini: verba illa cunctis animalibus perfectis dederunt virtutem & energiam se ipsa in se ipsis virtute seminis sui multiplicandi.

Animalia perfecta ex semine generali nõ possunt fieri.

Facessant hinc omnes qui existimant virtute cœlesti, & seminis illius generalis posse produci & generari animalia perfecta, putà boues, vaccas, leones, Aquilas, coruos, cete, aliáque pisciũ genera perfecta & absoluta, quæ in marem & fœminam distinguuntur, vt virtute sui seminis peculiariter in ipsis elaborati producantur: hoc enim naturaliter fieri non potest,

alioquin Deus non fecisset peculiariter distinctas illas rerum species, si virtute naturali seminis generalis produci potuissent: ad quid enim hoc fecisset Deus, cùm nihil frustra faciat, si sponte fieri potuisset?

Videmus ergo fontem nostrum Chymicum, seu humidum illud radicale mundi, innata sua virtute fieri animalem, partim virtute diuina; non enim possunt animalia perfecta ex sola virtute seminis generalis, ad illum perfectionis gradum conduci, & eleuari: egent manu diuina & operatione, vt illum perfectionis gradum attingant: lux enim interna seminis generalis ad tantum perfectionis gradum se eleuare non potest; eget creatore suo & lumine increato, vt illum gradum attingat. Ideò Deus fecit omnes species animalium perfectorũ; & virtutem, & energiam se ipsas multiplicandi in semine suo illis verbo suo communicauit, vt virtus illa diuina, lucem illam creatam seminis generalis ad gradum illum perfectum animalium perfectorum conduceret. Homo autem cùm sit vltimus animalium omnium perfectorum gradus, non solùm opus habuit diuino auxilio & operatione diuina, vt ad tantum perfectionis gradum eleuaretur ac sublimaretur; sed alia peculiari & particulari opus habuit luce, deforis semini suo aduenienti, & à Deo sola creata, & semini humano ad hoc pecu- Homo quo modo factus.

liariter dispofito,infusa, vt illũ sublimem perfectionis gradum attingere posset: ideò Deus ipse manibus suis & verbo, corpus humanum non solùm confixit, sed animam viuentem illi peculiarem indidit, cuius solius ratione supremum illum gradum perfectionis attingit, & ab omnibus alijs animalibus distinguitur & separatur.

Fons Chymicorũqua via fiat animalis omnibus animalibus.

Concludamus ergo humidum radicale mundi, quod fontem Chymicum nos dicimus, ad gradum & perfectionem animalem peruenire, partim ex innata sua facultate, quam à luce & spiritu cœlesti accipit, qui humidum illud attenuat & graduat ad hunc sentientis animæ gradũ: Partim ex diuina potentia quam Deus illi in principio suæ creationis indidit, & facultati suæ germinatrici communicauit: Partim etiam ex luce peculiari creata, quam diuinitus per creationem & infusionem accipit, vnde fiunt homines, & ad vltimum animæ sentientis, & ratiocinantis gradum eleuatur humidum istud radicale mundi.

QVA RATIONE FONS *Chymicorum fiat vegetabilis.*

CAPVT IV.

AD vegetabilem perfectionis gradum humidum radicale mundi ſponte ſua facili negotio euehitur:eſt enim ex ſe ipſo totum vegetabile; niſi enim ex ſe ipſo facultatem illam vegetandi ac germinandi haberet, quid eſſe poſſet in rerum natura,quod illam facultatem, quæ illi ineſt viſibilis & apparens, illi communicaret? Nulli enim adhuc dubitarunt quin humidum illud radicale mundi ex ſe ipſo, & ſponte ſua germinaret & produceret vegetabilia cuncta,& mineralia,ſed ſe ipſum ad hanc facultatem vegetatiuam euehit & mouet. Lux ſiquidem interna ſua, ſeu ſpiritus lucis cœleſtis qui eſt influxus planetarum & conſtellationum, pura illa elementorum ſemina quæ ad productionem illius humidi radicalis cõcurrunt & conueniunt,præparat & miſcet peculiari quadam ratione ad vegetabilia particulariter hinc educenda; aqueum enim ſubtile, & aëreum digerit,& coquit &peculiari quadam ratione miſcet,in illo humido radicali, adeò vt in tali coctione, præparatione,& mixtione,quandam dif-

Fons Chymicorum quomodo vegetabilis.

Humidum radicale mundi qua virtute determinetur ad vegetabilia.

ferentiam, & distinctionem subeat, qua facultas vegetandi exoritur. Adde quòd spiritus ille cœlestis è cœlo descendens, vniatur humido elementorum ex Astrorum differentia, ad vegetabilia potius destinatur, quàm ad alia rerum genera: vnde ex differentia illa Astrali, differentiam etiam vegetabilis suscipit, & humidum illud vniuersale, fit specificum ad vegetantia, propter illam Astralem differentiam, quam lux cœlestis recipit ex peculiari Astrorum particularium radijs & luminibus.

Astra facultatem vegetatiuã infundunt.

Sunt enim in cœlo Astra particularia quibus peculiares vegetantium species producuntur, nutriuntur, & conseruantur: vnde in nonnullis annis copiosius prodeunt, quàm in alijs; eò quòd virtus & energia horum Astrorum, his in annis sit potentior & efficacior. Et tunc temporis imprægnat & viuificat humidum illud pingue elementorum omnium, quod est materia fontis nostri Chymici, & potentius fontem nostrum determinat & specificat ad speciem hanc, vel alteram vegetantium.

Astra specificant fontẽ Chymicum.

Distincta autem fuerunt & multiplicia in firmamento collocata Astra, ad determinationem & specificationem faciendam illius materialis spiritus mundi, qui est humidum illud pingue elementorum omnium, quod materialiter fontem nostrum constituit; spiritus verò lucis cœ-

lestis est forma illius materiæ humidæ pinguis elementorum, vnde ab ipsa forma suscipit suam distinctionem, & determinationem specificam. Quod autem illa forma sit multiplex tanquam ab Astris multiplicibus & varijs descendens, ideò variatur humidùm istud, seu fons noster Chymicus in multiplicia vegetantium genera, quòd formæ variæ introducantur in ipsum nostrum fontem Chymicum, ab ipsis varijs Astrorum influxibus & radijs, qui nosttum fontem informant & actuant.

Spiritus lucis est forma mercurij nostri.

Hæc multiplicia vegetantium genera producunt in se ipsis semen, beneficio cuius determinationem & specificationem suam conseruant: nihilominus illud semen habet id quod habet ab Astro superiori quod determinationem & specificationem illi dedit: imò illud semen, siue granum, est quasi filius Astri illius, vnde similis patri, eandem virtutem & energiam conseruat & retinet. Multæ etiam vegetantium species producuntur absque vllo semine & grano præexistente, & ex sola putrefactione generantur, dum per illam putrefactionem illud quod putrefit resoluitur in materiam primam, seu humidum nostrum pingue elementorum, quod statim impręgnatur, actuatur, & informatur spiritu quodam lucis cœlestis, cuiusdam Astri, & dum ita informatur exsurgit hinc hoc, vel illud vegetabile.

Vegetantia qua via fiãt sinè semine particulari.

Concludamus ergo fontem noſtrum Chymicum, ſeu humidum pingue elementorum omnium cœleſti lucis ſpiritu actuatum & informatum, ſpecificari & determinari ad vegetantium ſpecies varias & multiplices, ab ſpiritu illo cœleſti variorũ Aſtrorũ, qui illum ipſum fontem variat & actuat, ſecundùm diuerſitatem & varietatem ſuam, quam ex Aſtris varijs in firmamento exiſtentibus ſuſcipit & induit.

QVA RATIONE FONS *Chymicorum fiat mineralis.*

CAPVT V.

Qua via fons Chymicorum fit mineralis.

FONS Chymicorum, ſeu humidum illud pinguedinis elementorum omnium videtur ex ſe ipſo fieri mineralis; cùm in centro terræ producatur, ibique potius mineralem & terreſtrem induere eſſentiam, quàm aliam quamcumque: nihilominus credendum eſt, dum adhuc in centro terræ eſt, eſſe quid indifferens, & indiſtinctum ad animalia vegetabilia, & mineralia donec ſpiritu animalium, vegetabilium, & mineralium actuetur: hic autem ſpiritus particularis dependet ex aſtris particularibus firmamenti, vt de-

claratum est Capite superiori. Actuatur autem dum ab spiritu illo, peculiariter disponitur, & tali modo, quo opus est ad mineralia, animalia, vel vegetabilia producenda. Vnumquodque enim astrũ, qualecumque sit omnes habet facultates animales, putà vegetabiles & minerales: at secundùm propriam & naturalem dispositionem, quam in humidum nostrum pingue elementorũ inducit, facultatem quam exigit talis dispositio, educit: sol, verbi gratia, omnes animales, vegetabiles, & minerales habet facultates: at cùm animal producere intendit, peculiariter disponit humidum nostrum & secundum illam dispositionem, formam animalem illo humido taliter disposito, educit. Cùm vegetabile verò producere in votis habet, aliter disponit eandem materiam; disponit tamen secundùm exigentiam & formã quam expetit educere ex illo humido nostro pingui, & dum est ita præparatum & dispositũ, tunc temporis exsurgit forma vegetabilis intenta, Sic etiam cùm minerale aliquod producere cupit, disponit etiam omnino diuersè materiam hanc ab alijs præcedentibus dispositionibus, & cùm secundùm exigentiam mineralis, quod producere intendit, est disposita; tunc temporis exsurgit forma illa mineralis, quam expostulabat dispositio materiæ. Sic Sol, & alia Astra omnia, varia producunt, &

Vnumquodq; Astrum omnes habet facultates.

Sol & Astra

qua via, varia producant. diuersas rerum species generant, secundùm variam ac diuersam dispositionem, quam in humidum nostrum pingue elementorum introducunt.

At cùm sol aurum producere intendit, Mercurium nostrum, seu fontem Chymicorũ, terreum facit & aqueum magis, quàm aëreum & aqueum, eamdémque substantiam hisce primis qualitatibus ornatam depurat summopere, sublimationibus varijs, & coctione perpetua, in silice optimè clausa, & pedetentim terreum illud conuertitur in sulphur purum rubeum, non adurens sed incombustibile: quod deinde sulphur suum humidum coquit, ac figit, & indurat perfectissimè, & sic inuicem vniuntur coquendo, ita vt nunquam ab inuicem separari possint: sic tingitur & coloratur humidum colore sulphuris rubei, & figitur vltima fixione: & sic fit aurum constans & permanens in medio ignium fortissimorum his gaudens. Sed qua ratione fiant metalla ex fonte nostro particulariter inferiùs dicemus, vbi clarè admodum hæc tractabuntur: tractandum solùm ibi est qua ratione fons noster fiat mineralis.

Iamiam diximus astra peculiari sua facultate disponere hanc materiam, seu fontem nostrum ad diuersa rerum genera; dum autem eum ipsum fontem terreum & aqueum faciunt, magis quàm aëreum, & igneum sinè vlla alia particu-

lari conditione & qualitate, tunc temporis fons noster verè dispositus est, ad quodcumque minerale producendum & generandum. At dum deinde, cum particularibus qualitatibus terreum sulum & humidum exornantur, secundùm peculiares conditiones harum qualitatum, varia inde producuntur mineralia, hoc est secundum quod fontis nostri sulphur & mercurius coquuntur, depurātur, figuntur, secundum variam illam sulphuris & Mercurij coctionem, depurationem, & fixionem, ex quibus præcipuis conditionibus aliæ exsurgunt qualitates, varia producuntur mineralia vt videbitur inferiùs.

Concludendum igitur est, fontem nostrum Chymicum fieri mineralem, dum semina terræ & aquæ præualent cæteris elementorum seminibus, vnde fons noster ponderosus valde est, pinguis, & viscosus ex pinguedine aquæ & terræ, quę præeminet cæteris elementorum pinguedinibus, ex quibus solis terræ & aquæ pinguedinibus fit pondus, quod in fonte nostro experimur.

QVA PECVLIARI RAtione & via, fons Chymicorum fiat Aurum.

CAPVT VI.

Aurum quo modo fiat.

SOlare lumen è ſinu patris ſui in terras deſcendens,& ad centrum vſque terræ penetrans, ſua ſubtili & penetranti energia humidum elementorum omnium pingue ibi reſidens, tanquam in proprio & natali ſuo palatio, illud penetrat, viuificat, & actuat, & calore ſuo viuifico ſurſum eleuat,& ab excrementis ſuis omnibus terreis, aqueis, & fœculentis alijs, tali eleuatione vindicat & depurat; depuratum tandem multis eleuationibus in cōcamerata aliqua rupe firmiſſimè clauſa includitur, ibíque per mille fere annos, aut circiter,incarceratum detinetur,caloréque centrali terræ, & interno ſuo quem ab ipſo ſolari ſpiritu recepit, coquitur indeſinenti & perenni coctione: interim putrefit,denigratur, & planetarum omnium influxus & radios patitur, tandem per longum iſtud tempus coagulatur & figitur in terream quandam ſubſtantiam ſulphuream,rubeam, non adurentem,ſed incombuſtibilem fixam,& fuſibilem, So-

laris luminis radios emittentem ac effundentem, quam auri sacra fames, mortalia pectora cogens & vrens, ab intimis terrarum antris educit, & in vsus humanos transfert.

Si natura posset huic & eidem materiæ, dum adhuc non est absolutè in aurum coagulata & fixata: Si posset, inquam, natura eidem ipsi materiæ, Mercurium, seu fontem nostrum summopere depuratū, & ab omnibus excrementis terreis & aqueis vindicatum cōiungere, quinquies aut septies, hinc exsurgeret rarus totius naturæ thesaurus, auro multo præstantior, & humano generi vtilior. At natura deficit, vbi incipere, aut saltem persistere deberet, quòd non queat eandem ipsam materiam multis per vices iteratis irrorationibus inebriare, & potare, deficiente Mercurio idoneo, & apto ad talem irrorationem faciendam: deficit autem Mercurius, cùm omnis, quem habet Mercurius, sit quibusdam qualitatibus & conditionibus delibutus, quæ huic irrorationi non conueniunt; imò contrariæ, ac variæ sunt, ac illi repugnant. Sola & vnica coagulatione fontis nostri natura gaudet, & cùm non possit elaborare materiam solutione iterata eiusdem materiæ iam coagulatæ, cum ipsa eadem materia nondum coagulata; sed depurata, & distillationibus suis, ab omnibus excrementis elementorum vindicata, cum non

Qua ratione natura faceret aurum Philosophorū.

possit hanc solutionem facere, quiescit tantùm in prima suæ materiæ coagulatione,& ea gaudet, sic aurum vulgi producit: Quod si solutionem aliam prædictam facere ac celebrare posset, faceret aurum Philosophorum, nec Philosophis opus esset hanc rem tractare, & manus suas adhibere, quia totum esset naturæ commissum: at cum natura id non queat, ideò eget arte & Philosophorum ope, & industria, vt aliud natura producere queat aurum, Philosophorum industria & administratione, beneficio cuius natura vltimum quod exoptat, & quod potest in mineralibus consequitur.

Aurum Philosophorum quid sit.

Hinc luce clarius vident monoculi, aurum Philosophorum esse quid distinctum & separatum ab auro vulgi & naturali; cùm natura tantum nullius ope & ministerio, naturale progignat aurum: Philosophorum verò aurum producere nequeat, nisi adiuuetur à Philosophis, qui materiam suam (quam ad aurum tantùm conducere potest natura) sua arte altiùs conducunt & eleuant, ministrante tamen natura materiam, quam Philosophi dare non possunt.

Aurum Physicũ seu Chymicum quotuplex.

Cùm autem duplex sit aurum Philosophorũ, fixum vnum & absolutè depuratum atque decoctum, de quo iam diximus: infixum aliud & volatile, crudum, & non absolutè decoctum, quod & natura ipsa nullo administrante Philosopho,

producere poteſt, & ipſimet etiam Philoſophi natura miniſtrante materiam etiam producere poſſunt, ideò de vtroque hoc auro aliquid nobis eſt dicendũ, vt clarè admodum videamus qua ratione fontem noſtrum Chymicum in aurũ tranſmutet natura.

Cùm natura humidum noſtrum pingue elementorum cum ſpiritu ſolari connexuerit & copularit, interno ſuo calore coquit ea omnia, quæ vnum quid homogeneum conſtituit & ad humidũ quoddã terreum & aquoſum, ſalſuginoſum, viſcidum, & vnctuoſum conducit; ex quo humido ſalſuginoſo, & pingui, calore ſuo ſpiritus extrahit, hoc eſt tenuiorem illius materiæ ſubſtantiam; & ſic natura facit de corpore ſpiritum, cùm tamen antea de ſpiritu, ſcilicet de ſubſtantia tenuiori elementorum & ſpiritu lucis, corpus fecerat; iam de corpore iſto facit iterum ſpiritum, & iterum hunc ſpiritum corpori ſuo coniungit, & partibus fixis corporis adnectit, & his ſolis partibus quæ de eſſentia ſpiritus participant, & ſunt eiuſdem eſſentiæ: cùm his ergo partibus fixis adnectit ſpiritum ſuum, quem eleuatione & diſtillatione, à corpore ſuo ſeparauerat, fecibus hinc ſeparatis tamquam heterogeneis, coquit reliquum firma coctione, & continua, donec ad terream quamdam ſubſtantiam limpidiſſimam ac claram & albam fuſibilem con-

Aurum Chymicũ, quo modo fiat.

Semen argenti quid & quale.

duxerit, quæ sulphur naturæ est, ex quo immediatè, natura sola coctione continuata, argentum producit ac facit; quæ deinde substantia antequam coctione vltima deueniat argentum iterum dissoluitur, adueniente nouo Mercurio, seu vapore humidi nostri pinguis, & iterum coquitur, & gradu altiori eu hitur ad colorem rubeū: & in hoc gradu dicitur sulphur auri & semen auri, ex quo immediatè natura producit aurum. Illud semen & sulphur dicitur etiam aurum naturæ; sed volatile, & infixum & adhuc crudum. Quódque aurum facere debet & Philosophus Chymicus, si Chymiæ perfectionem absolutam habere cupiat, hisdem fere vijs & modis, ac natura facit, assumpta vna & eadem materia, alioquin opus suum irritum est, & omnino vanum. Ex his omnino patet Chymiæ candidatis omnibus qua ratione fons Chymicorum fiat aurum naturale, & Philosophorum ac proinde de ipso fonte satis dictum, erit vt inde aurum naturæ, & Philosophorum Chymicis omnibus pernotum & clarum sit, modò fontem etiam notum & clarum habeant: sunt enim eiusdem essentiæ & originis, vt Capite superiori manifestum fecimus, & Capitibus adhuc sequentibus clariùs adhuc aperiemus.

Semen auri quid & quale.

Aurum naturæ & Philosophorum vt fiat.

QVA

QVA PECVLIARI via fons Chymicorum argentum fiat.

CAPVT VII.

FOns noster, seu humidum pingue elementorum omnium, spiritu cœlestis lucis viuificatum & actuatum, dum calore suo interno & innato, & calore naturali terræ & loci quo clauditur coquitur, & digeritur, peruenit tandem ad gradum perfectionis terræ cuiusdam albæ, nitentis, & fulgidæ, fusibilis, quam deinde internus adhuc calor coquit magis ac magis, ac indurat, donec tandem argentum perfectum & absolutum hinc exurgat, dimissis interim omnibus excrementis, & terreis & aqueis sordibus, quas in decoctione perenni & continua dimittit, donec hæc materia pura sit & nitida, quam vltimò coquit & indurat in argenti solidam massam: hæc est naturalis & vera argenti ab ipsa natura fabricatio, & compositio ex fonte nostro, seu humido pingui elementorum omnium & cœlesti spiritu. Asserunt nonnulli Physicorum inter coquendum hoc humidum; interuenire peculiarem Lunæ influxum, quo

Argẽtum quo modo fiat.

peculiari influxu, materia hæc determinatur ad argentum. At pace eorum dixerim, non influxu peculiari lunæ determinatur hæc materia & humidum illud ad argentum; sed ex coctione sola, quæ primò ex illa materia educit argentum, secundò si perseueret & persistat adhuc eadem coctio super eandem materiam, educit aurum, ibique natura quiescit, cùm non possit vlteriùs materiam hanc promouere: influxus cœlestium Planetarum & Astrorum nihil aliud possunt super hanc materiam, quàm internum suũ calorem suscitare, & ad motum excitare, quo humidum suum coquat & perficiat: si absolutè coquit & vltimò, tũc inde aurum perficitur; si diminutè, & non omnino absolutè, sed sexto perfectionis gradu, tunc temporis Luna naturalis, seu argentum commune & vulgare hinc emergit. Dixi, sexto perfectionis gradu, quia excogitati sunt gradus septem coctionis Mercurij nostri, seu fontis chymici, in metallis perficiendis. Primus gradus coctionis est dum argentum viuum commune & vulgare ex illa coctione emergit. Secundus gradus, dum Saturnus: Tertius dum stannum. Quartus dum Venus seu cuprum. Quintus dum ferrum, Sextus dum Luna, Septimus & vltimus dum Sol, seu aurum inde componitur.

Humidum minerale à Luna non determinatur ad argentũ propriè & verè.

Septẽ gradus coctionis fõtis Chymici.

Non eo tamen inficias Lunam cœle-

ſtem aliquid particulare impertiri argento ſeu Lunæ terreſtri, vt Sol auro, & alijs planetis terreſtribus alij planetæ cœleſtes aliquid contribuunt particulare, ratione cuius horum virtutes & energias imitantur; ſed illud internum eſt, & in prima Mercurij compoſitione, non in eius coctione, vbi cœleſtes omnes lucis ſpiritus, tum planetarum, tum aliarum conſtellationum cœleſtium concurrunt, & in humido pingui elementorum formaliter vniuntur: ibi tunc temporis fortior & potentior lucis ſpiritus vincit, & determinat hanc materiam ad hoc vel illud metallum, vel aliam rem producendam. Sed cùm ſucceſſu temporis & coctione vlteriùs progrediuntur, & fit eorum mutatio, vincuntur illi ſpiritus ab alijs latentibus in ſinu ipſo materię, quæ coctione continua, latentes illos ſpiritus debiles admodum, fortiores facit, & apparentes; vnde de forma in formam nobiliorē tranſmutantur, donec ad vltimam deuenerint metalla: vt clarè admodum vident omnes qui fontem noſtrum optimè clauſū continua coctione & perenni percoquunt: vident enim materiam noſtram primò denigrari, ibíque per longū tempus quinque fere per menſes Saturni crudum humorem imitari, deinde cōtinuata coctione albeſcere, ſubobſcura quadam albedine, quæ ſtanni naturam & conditionem videtur imitari: deinde vireſcere

Quomodo mutetur fons noſter coctionę ſola.

& rubescere, varijsque ornari coloribus, qui Veneris & Martis sequuntur essentiam & qualitates: tandem verè & candidissimè albescere, quòd Lunæ & argenti qualitates & essentiam induat. Et hæc albedo, verum est naturæ sulphur, fixum & fusibile, quo natura perficit argentum in visceribus terræ: hoc sulphur si fonte nostro puro & nitido, iterum diluatur sæpe sæpius & coquatur, tantùm perfectionis acquirit, vt pars vna istius sulphuris infinitas tingat æris partes, & ferri, aliorúmque metallorum imperfectiorum, in verum argentum ac legitimum.

Concludamus igitur fontem nostrum Chymicum in argentum condensari, coctione sola interni sui ipsius humidi, donec ad vltimam & perfectam argenti veri & legitimi coctionem deueniat; quæ est desiccatio ipsius humidi in solidam terrã albam, fusibilem, & liquabilem.

QVO PECVLIARI *processu fons Chymicorum fiat ferrum.*

CAPVT VIII.

Qua via fons Chymi-

NAtura in ferro producendo, non alia procedit via; quàm in cæteris alijs

metallis: ſumit humidum noſtrum, vel potius ſuum pingue elementorum omnium, cœleſti ſuo ſpiritu viuificatum & actuatum, & inter ſaxatilia vaſa ſua coquit, putrefacit, & nulla ſeparatione facta ſulphuris impuri fætidi & terreſtris, continuata coctione indurat in ferri ſolidam maſſam: quod enim eſt in humido illo pingui metallorum vera materia ſulphuris ſaxatilis & terrei, non fuſibilis, nullo pacto ſeparat natura; at vnà cum ſulphure puro, fuſibili & metallico permiſcet, & permixta ſimul coquit & adunat in ſolidam ferri maſſam, duræ ac difficillimæ fuſionis, quòd ſulphur ſaxatile & terreum multum habeat ſecum permixtum.

ci fiat ferrum.

Ferrũ cur nõ fluat in igne.

Non potuit autem natura illud ſeparare ſulphur, & alia excrementa ſulphurea combuſtibilia, quæ in ferro innata ſunt, propter breuitatem temporis; nam in decoquendis metallis, & perficiendis, ac depurandis longiſſimum requiritur tempus, quòd paucus & leuis admodum ſit terræ calor, & leuis etiam internus eſt metallorum calor, quo coquuntur, & ſummę cruditatis eſt humidum illud metallicum quo componuntur, & perinde longæ & tardæ coctionis eſt. In breui ergo tempore non potuit natura ſeparare illa excrementa, quæ innata ſunt ferro, vt materiam ad perfectionem multò maiorem conducere poſſet. Operatur qui-

dem natura assiduè in hanc ipsam materiam, & coctione sua tendit separare omnia illa excrementa quibus turget & abundat, & quibus maculatur & contaminatur; at necessitas hominum ferri habendi, cogit illam materiam è sinu terræ auellere, & ad vsus suos conuertere, vnde remanet imperfecta, & impuris illis recrementis conspurcata, quibus vindicari non potest, nisi sulphure perfecto, albo vel rubeo Philosophorum admixto, & sibi iuncto; tunc temporis beneficio illius sulphuris perfecti & absoluti, vindicatur statim & in momento fere temporis ab illis omnibus sulphureis recrementis & spurcitijs, & suum humidum pingue perfectè tigitur & condensatur, ac tingitur colore perfecto, rubeo vel albo, sulphuris illius albi vel rubei, & sic ad argenti vel auri perfectionem euehitur, ad quam naturali sua sponte, in visceribus terræ in mille fere annos coctione sua sexta, peruenisset. Hinc clarum est qua ratione ars imitando naturam, cámque sequendo, citius res perficit quàm ipsa natura sola, nulla arte adiuta.

Qua ratione ferrum possit mutari in aurũ.

Ars abbreuiat opus metallicum.

Fons Chymicorum seu humidum illud radicale metallicum coctione naturali in centum fere annos mutatur in ferrum. Ars tamen sumendo ipsam materiam in quatuor aut quinque mẽses mutat in ferrum, & in septem in argentum,

& in nouem in aurum vnde quantum ars abbreuiet opus ſupra naturam cernere licet. hæc metalla tamen Philoſophica ſunt & nullam cum metallis vulgi communicationem habẽt; hæc enim mortua ſunt, & corpora exſanguia; illa verò vitæplena, & ſanguine turgida quo vegetant & creſcunt, & perfectionem vltimam acquirunt.

Metalla naturæ mortua, Chymicorum verò viua.

Hiſce iam dictis & enarratis, luce clarius videtur qua ratione fons Chymicorum ferrum fiat: coquitur illud humidum ſeu fons metallorum inter ſaxa concaua vbi includitur humidum iſtud, & igne ſuo naturali & externo ipſius terræ & loci quo continetur digeritur, & inter digerendum putreſcit vt permutari poſſit; nihil enim ſinè putrefactione & morte, ad generationem nouam & recentem euehitur. Putrefactione facta illius humidi, continuatur coctio, & exſiccatio illius humidi in quoddam terræ genus nigrum ſubrubrũ, quod ita induratur nulla ſeparatione facta excrementorum ſulphureorum coctione continua, vt inde exſurgat ferrum, quod ex terra illa ſubnigra rubea, excoquitur & liquatur, violentiſſima ignium fortitudine. Et hæc dicta ſufficiant qua ratione ferrum fiat ex fonte noſtro Chymico, qui metallorum omnium pater eſt, & vera mater, quæ ea omnia generat, nutrit, & conſeruat.

QVA RATIONE FONS Chymicorum fiat Cuprum.

CAPVT IX.

COElestis Veneris radius influens in fontem Chymicorum calorē suum internè viuificantem adaugens & multiplicans, dum coquitur fons ille, seu humidum illud pingue, superiùs tam crebrò decantatum, postquam putrefactum fuerit, & ad gradum quendam terræ subuiridis & cærulei coloris perductum, tunc cœlestis Veneris radius & influxus viget in ipsa terra, & virtutes suas in ea ostendit ac manifestat, ac si tunc temporis è suo loco natali euellatur, & forti liquetur igne, dat Cuprum, in quo reperitur semper aliquid auri puri, quod dum humidum illud pingue metallicum excoquitur naturali coctione & digestione in terram illam viridem, cæruleámque, partes nonnullæ reperiuntur magis coctæ, ac depuratæ & in sulphur rubeum excoctæ, ex quo fit aurum illud, & prodit, quod in terra fodinæ cupri reperitur; & nisi tam citò fuisset è terræ sinu auulsa illa terra cupri, tota fuisset in aurum conuersa; quia tandem continuata coctione fuisset omnino depurata, & in sulphur rubeum incombustibile & fusibile conuersa, & sic au-

Cuprum qua ratione fiat.

In fodina cupri sepè aliquid auri reperitur.

rum verum fuisset. At ingens fames cupri habēdi, immaturū illud auri sulphur ante legitimā sui coctionem è sinu matris suæ auellit, & quod coctum est in cupri naturam fortitudine ignis exprimit è terra illa minerali, quæ viridis est, & cærulæi sæpissime coloris, rudimenta auri ex viriditate, & cæruleo colore demonstrans: viridis siquidem color & cærulæus, sunt proprij & innati colores rubei sulphuris immaturi. Sulphur enim rubeū Philosophorum dum coquitur, & ad perfectionem suam tendit, viridi colore & cæruleo prius ornatur inter coquendum, antequam rubedinem illam absolutam & vltimam sanguineam attingat. Sic & metalla naturæ dum in visceribus terræ decoquuntur, antequam sulphuris rubei vltimi, & perfecti coctionem attingant, coloribus varijs, viridi putà & cæruleo, & his omnibus qui ex his enasci & oriri possunt exornantur; qui quidem colores omnes, sulphuris imperfecti atque metalli testantur essentiam atque naturam: Sic ex opere illo celebri & magno Chymicorum discimus operationes naturales in visceribus terræ, quod enim natura in visceribus terræ operatur, idem etiā natura facit in vitro ipso & vase Philosophorum, arte adiuta: Non enim existimandum est hanc Philosophorum operationem illorum esse, sed naturæ; dicitur tamen Philosophorum esse, quòd diriga-

Rubei sulphuris colores.

Ex opere magno Chymici desumunt operationes naturæ.

tur à Philoſophis,operante tamen ſemper natura,ſuper vnam & eamdem materiam ſimilem, ſuper quam operatur in viſceribus terræ. His ita declaratis aſſerere poſſumus fontem Chymicorum fieri Cuprũ, dum ipſe fons in viſceribus terræ includitur,& calore ſuo naturali,& externo loci illius in quo concluditur, coquitur & digeritur,& inter coquendum putreſcit, vt à Mercurij entitate expolietur. Hæc putrefacta ſic materia perenniter coquitur, donec ad fixionem ſeu coagulationem quamdam terræ viridis ſubnigræ & cæruleæ deueniat,quæ in viſceribus ſuis Cuprum continet, ſeu ſulphur quoddam viride ſubrubeum,habens ventrem crudum & immaturum, quòd Mercurium ſuum coagularit in Cuprum.

QVA RATIONE FONS Chymicorum fiat Stannum.

CAPVT X.

Stãnum qua ratione fiat.

PRoducitur & generatur Stannum eadem & ſimili via, & eadem materia, ac reliqua metalla: fons Chymicorum, qui eſt humidum radicale metallicum, ex pingui elementorum ſemine, & cœleſti lucis ſpiritu conflatum,includitur in viſceribus terræ & interno ſuo calore & ex-

terno loci quo clauditur, digeritur & percoquitur, & in sua digestione putrescit vt mutetur, coquitur iugiter & assiduè, alioquin si desinat calor externus loci, qui internum suscitat & mouet, cessat actio, & ex illa materia generatur aliquid aliud, ab stanno dissimile, & sic frustratur intentu natura suo. Coquitur ergo iugiter illa materia donec per varias mutationes quæ coctione illa perenni fiunt, peruenerit ad quandam terræ speciem subalbidam & lucentem nigricantem, spiritibus acidis Mercurij sui adhuc turgentem, & & abundantem propter cruditatē & imperfectam coctionem, quam habet adhuc terra illa. Ex qua terra forti igne exprimitur Stannum, quod inter dentes comprimendo stridet, eô quòd spiritus ille acidus Mercurij sui coctione sua non coagulatus vllo modo sit, nec mutatus à suis crudis qualitatibus, quæ stridorem illum pariunt & efficiunt aciditate sua & cruditate; vnde etiam propter cruditatem & debilem suam coctionem facillimę est fusionis: plurimum habet sulphuris albi sed impuri, non enim ad vltimam puritatis metam deuenit, etsi ad albedinem argenti conductum sit, quæ enim cruda sunt impura sunt, in cruditate semper latitat impuritas. Sunt qui existiment illud posse mutari facili negotio in argentum si stridor ille auferatur, absque nostro sulphure albo ad perfectionem conducto, quod

Stannum cur strideat.

Cruda impura sunt.

ego non credere possum; cruditas siquidem illa interna & essentialis quæ Mercurio suo & sulphuri inest, nullo ingenio potest tolli, absque proiectione sulphuris nostri albi, perfecti, & absoluti. Stridor verò potest quidem tolli cum in spiritibus acidis Mercurij volatilibus consistat; at cruditas illa sulphuris & Mercurij quæ impuritatem operatur non potest ita tolli, nisi proiectione illa sulphuris albi Chymicorum, beneficio cuius ob suam perfectionem summam, & ignem viuum quo turget, cruditates omnes metallorũ & impuritates, quæ hinc sequuntur, perfectissimè tolluntur, & radicaliter euelluntur. Sunt hinc multi Physicorum qui existiment ex hoc metallo propter suam cruditatem & Mercurij crudi copiam quam habet, posse educi Mercurium; seu fontem Chymicorum: at deponant, quæso, ex animo hanc opinionem, falsa enim est & erronea, vt ex dictis satis apertè colligi potest; fons enim Chymicorum, seu eorum Mercurius non fit ex metallis, sed è contra metalla fiunt ex Mercurio, seu ex hoc fonte. Natura sola vt sæpe diximus & argumentis varijs demonstraui-mus, producit hunc fontem primò, & immediatè, ex solis elemẽtis simplicissimis & lucis spiritu, hæc miscet, & in Mercuriũ Philosophorum compingit; ex quo deinde natura producit animalia vegetabilia & mineralia, vt Capitulis superioribus no-

An ex stanno educi possit Mercurius Philosophorum.

Mercurius Chymicorũ non fit ex metallis.

tum fecimus & clarum. Deus bone! quid hoc esset, si ex stanno posset fieri Mercurius Chymicorum? effectus produceret causam suam, & filius patrem suum. Si constet & certum omnino sit metalla fieri ex Mercurio Chymicorum, ergo certissimum est Mercurium non fieri ex metallis, sed metalla ex ipso. Potest quidem ex omnibus metallis fieri vulgi Mercurius, cùm metalla sint inter se conuertibilia, & Mercurius vulgi sit metallum, qui in omnia metalla potest conuerti, & vice versa, omnia metalla possunt fieri Mercuriu. Ex stanno ergo, nec alio vllo metallo, siue perfecto, siue imperfecto potest fieri Mercurius Philosophorũ. Nec obijciant graues quamplurimorum Chymicorum sententias, & opiniones, asserentes in Sole & Luna, siue auro & argento cõmunibus & vulgaribus, reperiri verum & legitimum Philosophorum Mercurium: quia hæ opiniones interpretari debent de auro & argento Philosophorum, quæ nõ sunt vulgi; quia hæc, vt clamant Philosophi, mortua sunt, illa verò viua, tanquam igne viuo & cœlesti plena. Et quamuis in vulgi metallis sit quadam ratione Mercurius Philosophorum, tamen vt est, & eo modo quo est, non est Mercurius Philosophorum, cùm Mercurius qui metallis inest, sit mortuus cùm metalla producere non possit, vt producit Philosophorum Mercurius. Hinc clarum valde est, Mercu-

rium Philoſophorum educi non poſſe ex Stanno, nec ex alijs metallis quibuſcumque cùm in componendis ibi moriatur, nec inde ſimplici hominum induſtria, poſſit à morte illa reſurgere, vitámque ſuam priſtinam recuperare, vt in Mercurium Philoſophorum retrocedere queat.

Sufficit vt Stannum fiat ex Mercurio Philoſophorum modo quo diximus, & non vice verſa Mercurius ex Stanno.

QVO NATVRALI PROceſſu fons Chymicorum, fiat Plumbum.

CAPVT XI.

Plumbũ qua ratione fiat.

NAtura in productione plumbi aſſumit fontem noſtrum ſeu Mercuriũ ſuum, humidum pingue elementorum omnium cum cœleſti illo & viuifico ſuo lucis ſpiritu permixtum, multíſque varijs & heterogeneis terreis pinguedinibus ſulphureis permiſcet, & claudit in concauis terræ locis, vbi digerit & coquit hanc materiam, & putrefacit, cúmque per putrefactionem ea omnia permixta ſint & vnita, coquit & digerit nulla ſeparatione facta, donec coctione illa continua & perenni deueniat ad quandam

terræ ſpeciem nigricantem, lucentem, ac obſcurè ſcintillantem, ponderoſam, ex qua leuiſſimo igne liquatur plumbum Chymiculorum: Quammulti exiſtimant hanc plumbi terram, veram eſſe materiã, ex qua arte chymica fieri poteſt Chymicorum elixir & aurum, ſeu Sulphur rubeum, quod tinctura ſua & perfectione poteſt perficere omnia metalla imperfecta in aurum. At hi toto errant cœlo; terra ſiquidem hæc nec plumbum ex ea liquatum ac fuſum poſſunt dare ac exhibere tantum perfectionis, cùm ea omnia quæ huic terræ inſint cruda & imperfecta valde habeantur, nec ullo humano ingenio perfici poſſint, niſi à ſulphure Chymico rubeo vel albo: vnde quamuis adhuc ad hanc perfectionem conductum eſſet hac via; nihilominus non poſſet eſſe materia, faciendi elixir, eò quòd hoc ſolum debetur fonti Chymicorũ, ſeu Mercurio Philoſophorum, qui toto cœlo diſtat à materia & fodina plumbi, ſeu plumbo: nam fons Chymicorum non eſt plumbum, quamuis plumbum fiat ex eo. Quod ſi ſæpe ſæpius fons Chymicorũ dicatur plumbum, hoc plumbum, non eſt vulgi plumbum, ſed Philoſophorum; ex quo quidem plumbo verum eſt ac veriſſimum fieri poſſe Philoſophorum elixir. At hoc plumbum, eſt fons ipſe Chymicorum, dum naguesiam ſuam, ſeu terram ex qua ſcaturijt, diſſoluerit, & mo-

Mercurius Philoſophorum etſi dicatur plũbum, nõ eſt plũbum.

Plumbũ Philosophorum quid & quale.

derato & leui igne hæc omnia in vnũ & idem cocta fuerint & putrefacta per coctionẽ illam, in terram quandam nigram ponderosam, quæ Philosophorum plũbum verum est: hoc plumbum qui nouerit, totam habet apertam Alchymiam: in eo enim plumbo latet verum Philosophorum aurum & argentum, hoc est verum sulphur rubeum & album, quibus metalla transmutantur in aurum verum, & argentum, & quibus vita propagatur ac protenditur in omnibus naturæ mixtis, ac perfectio absoluta in omnibus communicatur: De quo plumbo multa vaticinati sunt poëtæ antiqui sub nomine Saturni: dixerunt siquidem deuorare filios suos omnes; sulphur siquidem omnia quæ in tali materia latent, & occulta sũt, deuorat & ventre suo claudit; hoc est digerit, coquit & ad maturitatem perducit. Iupiter autem hoc cernens, vt è throno patrem suum deijceret, euirauit illum falce acuta, & testiculos proiecit in mare; hoc est sulphur illud album, quod post nigredinem in decoctione nostra apparet, virtute sua acuta ac subtili quæ est falx eius, virtutem illam masculinam sulphuris nigri, Saturni nuncupati, qua colores infiniti apparent & occultantur, Vnde pater deorum, hoc est sulphurum eorum dicitur, Iupiter inquam extinguit illam virtutem ipso apparente, & proijcit in mare, hoc est Sulphur illud nigrum soluitur

Saturnus filios vorãs quid sit.

Saturnus cuiratus à Ioue quid.

ſoluitur & in mare conuertitur, ex qua naſcitur alma Venus; hoc eſt ſulphur aliud ſiue color viridis, qui Veneris nomine à Philoſophis decoratur. Sic ſapientibus transponunt quod ſtultis pandere nolunt: Iouem etiam cupiens Saturnus deuorare ac deglutire, obiectus eſt vice illius lapis, quem ipſe loco Iouis deuorauit, & inde euomuit ſuper montem Helicona, vbi mortalibus in monumentum poſitus eſt: hoc eſt dum materia noſtra, Saturnus dicta, ipſam albedinem in principio poſt nigredinem apparentem deglutire, hoc eſt ſoluere tentat, tunc ipſa conuertitur in lapidem quem deuorat, ac deglutit, hoc eſt ſoluit: ſed tandem cõtinuata coctione euomit, hoc eſt, iterum hęc materia ſoluta coagulatur in lapidem album: materia ſiquidem noſtra poſt putrefactionẽ & nigredinem debet coagulari in quamdam materiam ſubalbidam, quæ iterum ſolui debet & iterum coagulari: & ſic Saturnus lapidem deglutit loco Iouis, & iterum euomit ſuper mõtem Helicona, in perpetuum rei geſtæ monumentum, hoc eſt tãdem lapis noſter emergit ex ventre putredinis & decoctionis, & collocatur Helicone in perpetuam rei memoriam, hoc eſt ſapientiæ & ſcientiæ cõſecratur. Vnde etiam tandem ex illo Ioue Phyſico & Latona, emergunt Diana & Apollo, quod eſt materiæ noſtræ vltima & perfecta coctio, in qua ſulphur album & rubeum

Venus generata ex ſpuma maris quid.

Saturnus lapidem deuorãs loco Iouis quid.

Diana & Apollo ex Latona, quid ſint.

Diana & Apolline indicata, absoluuntur & perficiuntur.

Saturnus pater deorum omnium, quid.

Sic ex plumbo nostro physico, & Chymico, oriuntur omnia alia metalla physica & Chymica, coctione sola in qua luce clariùs videmus fontem Chymicũ transmutari primò in Saturnum seu plumbũ physicum & Chymicum, deinde in reliqua metalla. Et hinc ex ista mutatione & coctione, colligimus naturam in visceribus terræ, eumdem eodẽ modo, & via, versare lapidem, & decoquere materiam, metalla producentem: & hoc ex labore colligimus, imò videmus & alterum.

QVA RATIONE ET via, fons Chymicorum fiat argentum viuum.

CAPVT XII.

Argentũ viuũ qua via fiat.

MAxima est inter fontem Chymicorum & argentum viuum cognatio; & tanta quidem, vt à nonnullis Chymiculorum vna & eadem res censeatur; at errant omnino, cùm fons Chymicorum sit pater & causa efficiens & materialis ex qua producitur argentum viuum commune & vulgare, vnde toto cœlo differt ab ipso fonte, aliásque multas habet dif-

Differẽtia argẽ-

ferentias. Primò fons Chymicorum producit omnia, omniáque viuificat, imò cōtra, omnia destruit, omnia corrumpit, aliáque omnia operatur quæ mortem & destructionem sequuntur. Secundò fons Chymicorum igneus & calidus est; Argentum verò viuum, frigidum & humidum. Tertiò fons Chymicorum leuissima distillatione conuertitur in spiritum, & corpus fixum; Argentum verò viuum totus est spiritus, & in distillatione non conuertitur in aquosum spiritum, sed ascendit corporaliter argentum viuum nullo modo à seipso mutatum. Quartò, spiritus è fonte Chymicorum extractus, igneus est & ponticus, penetrans, & ita subtilis, vt metalla quoque dissoluat & dissoluta morti tradat; Argentum verò viuum in spiritum aquosum ponticum distillatione conuerti non potest, nec metalla dissoluere potest, & morti tradere, occultat solùm in ventre suo, & reuomit ipsa, leuissimo calore ab ipsis metallis se separando. Quinto, fons Chymicorum soluit seipsum, congelat se ipsum, & perficit seipsum, nullo alio sibi addito; argentum verò viuum nec soluit seipsum nisi soluatur, nec seipsum congelat, nisi ab alio congeletur, nec vllo modo perfici potest à se ipso. Sextò, fons Chymicorum habet in ventre suo, & in intimis sui ipsius Sal fixum, rubeum, & album, imò totus ipse sal est, & ex salsuginosa spelunca, sca-

ti viui & Mercurij Philosophorum.

turit & salit: Argentum verò viuum nihil nisi metallum est, currens & labile, & si eo salem habere cupiamus, ad putrefactionem sui ipsius & mortem recurrendum est. Septimò, fons Chymicorum Solem & Lunam habet in proxima potentia, & sola simplici coctione reducuntur in actũ vltimum, quod ex argento viuo, nullo artificiorum genere educere possumus. Octauò, ex fonte Chymicorũ nullo alio sibi addito, simplici coctione, fit elixir & vera Philosophorum tinctura, quæ metalla omnia perficit, & reliqua cuncta naturalia. Quod nullo pacto impetrare possumus à communi illo & vulgari argento viuo. Nonò fons Chymicorum habet in se in proxima potentia omnia metalla, cùm sit semen immediatum & proximũ, ex quo fiunt & componuntur metalla, & ipsemet Mercurius vulgi, quod tamen dicere non possumus de Mercurio vulgi. Decimò & vltimò fons Chymicorum lapides pretiosos componit in visceribus terræ & eos omnes alios quos natura cõdit in sinu suo ex cõgelatione & coagulatione ipsius fontis in lapides. Quod tamen de vulgi Mercurio nemo Philosophorum & Chymicorum vnquam dicere excogitauit. Infinitæ sunt adhuc aliæ differentiæ, quibus Mercurius vulgi toto cœlo differt, à Mercurio Philosophorum, seu à fonte Chymicorum, quas in mediũ afferre longum esset, ac tædij plenum:

Mercuri' Chymicorũ solem habet & Lunam in ventre suo.

sufficit tantùm vt penitus inculcare valeamus Philochymicis, argentum viuum commune non esse fontem nostrum, in medium afferre, generationem & productionem argenti viui ex fonte nostro. Natura ipsa fontem nostrum purum salis, & per varias distillationes depuratum, concauis terræ visceribus claudit, ibíque cum corpore suo salis puro ac subtili cōiungit, & coquit, ac digerit, simili coctione ac digestione, vt in reliquis metallis, & digerendo putrefacit, & coquit hanc putrefactam materiam ad terram vsque subnigram, rubeámque lucentem & scintillantem, quam dicunt mineram, seu fodinam Mercurij, siue cinnabrium minerale ac naturale, ex quo leuissimo igne exprimitur argentum viuum commune, vel ex terra illa, vel minerali cinnabrio calore naturali & terreo eleuantur vapores & exhalationes Mercuriales, quæ in frigido loco condensantur in argentum viuum commune & naturale: vnde ex fontibus quibusdam cum aqua ipsa fontis fluit argentum viuum. Et in superficie terræ, noctis tempore videmus aliquando excurrere argentum viuum quia vapores & exhalationes quæ sursum ferūtur, ex massa illa cinnabrij, dum superficiem terræ attingunt, eámque humidam & frigidam rore cœlesti & nocturno inueniunt, cum humiditate illa condensantur in argentum viuum, & sic ex fonte Chymicorum

Argentū viuū quo modo fiat.

Vnde argentū viuum in fontibus.

producitur & generatur naturali via argentum viuum, cuius generatio satis testatur differentiam illius, cum fonte nostro, seu Mercurio Philosophorum.

QVIBVS NOTIS INSIgniatur Fons Chymicorum, vt sapientibus notus fiat.

CAPVT XIII.

QVæ Capitulis superioribus dicta sunt de fonte Chymico, sufficiunt nî fallor sapientibus vt notum habeant fontem hunc, de quo mira fiunt in natura & in arte. Misertus est mei tandem Deus, qui misericordia, & benignitate sua, nullis meis meritis præcedentibus, ostendit mihi fontem hunc, & notum mihi fecit experientijs quammultis : hanc notitiam soli Deo debeo ; media quibus vsus Deus est, vt hunc secretum fontem mihi ostenderet, fuerunt Tractatus omnes qui inseruntur Musæo Hermetico Francofurti impresso, hi omnes Tractatus aurei, & doctissimi me ab erroribus eduxerunt, & veram materiam Physicam edocuerunt: horum tractatuum authoribus gratias habeo inmortales, & quidquid mei est illis libenter offero. Et si notitiam ho-

Via qua Author nouerit Mercurium Philosophorum.

rum haberem, grande quid illis offerrem, non vt illis communicatum & datum persoluerem, sed vt illis gratissimum me habere animum erga illos ostenderem. Si Tractatulus iste de fontibus ad manus eorum deueniat, liberali & consanguinea excipiant manu; ipsorum enim est, & sinè ipsis non vidisset lucem; filius eorũ est & alumnus, ideò vt patres excipiant filium, qui vt verus agnoscatur eorum patrum filius, iam fontem eorum descripturus est; ex eo siquidem tanquam ex vngue leonem ipsi dignoscẽt. Non eadem repetet & similia verba, quibus ipsi vtuntur; at vtetur dissimilibus verbis, quæ sensum tamen eundem dabunt, vt quæ ipsimet capiunt, me etiam capere intelligant. Fons ergo Chymicorum ex duabus substantijs salis naturam habentibus, ex vna tamen & eadem radice ortis, eliciatur necesse est, vt verus ac legitimus Chymicorum fons habeatur: hæ duæ simul iunctæ materiæ æquali in pondere, & in alchool reductæ & optimè permixtæ, & in retortam vitream positæ, leuissimo igne per gradus aucto, dant igneum spiritum, qui stillatur in aquam per limpidam, quæ varijs nominibus a Philosophis insignitur, & præcipuè dicitur lac virginis, acetum acerrimum, Aqua, spiritus mundatus, pars subtilis, pars figenda, pars seruata non fixa, Regina, mulier candida, vera, cœlum, cauda,

Fons Chymicorum quid verè sit, & qua ratione fiat.

Ignis Chymicorum qualis.

Mercurius quibus nominibus insigniatur.

anima, Aqua vitæ, vultur, Soror, fœmina, humidum, Mercurius, fons, Sudor, nebula nigra, & alijs multis infinitis fere nominibus, decoratur; cùm tamen vnum quid sit; aqua putà distillata, ex his duabus substantijs vnius radicis mineralis & metallicæ prosapiæ. Quæ quidem substantiæ dum spiritum illum effundunt in fundo retortæ, remanent fixæ & permanentes, veluti mortuæ; cũ spiritum suum & vitam emiserint per distillationem : at viuificandæ, & à mortuis resurgendæ reaffuso earum spiritu super ipsas materias quæ copia suimet spiritus dissoluitur leuissimo igne, in substantiam & liquorem sanguineum qui continuata coctione, & graduata digestione eius, in dies crescit & augetur, color ille sanguineus, & pedetentim fit ex sanguineo, omnino niger qui continuata digestione crassescit & pinguescit.

Spiritus hic est aqua.

Hæc eadem materia in fundo relicta, antequàm coniungatur suo spiritui multis etiam nominibus insignitur, vt suus spiritus & his præcipuè: dicitur imprimis æs siue sulphur, terra siue puluis, corporis limatura optimè calcinata, pars terrea & grossa, pars ceranda, Rex, corpus, cinis, Rubeus maritus, draco, calidum siccum, corpus priuatum spiritu, nigrũ nigrius nigro, mortuum, frater vterinus, carbo, Mercurius fixus, Sol, gabertus,

mas, inferius, & multis alijs nominibus donatur, hæc pars inferior, vt ſapientibus nota fiat; quæ quidem cum natura coniunxerit cum quodam tenuiſſimo ſpiritu, ideò ars non ſeparat eum ipſum ſpiritum, vt nunquam in poſterum coniungantur, ſed ſeparat, vt iterum purgata & puriora facta, iterum connectantur & nunquam in poſterum ſeparentur, & ſimul iuncta permaneant & ſimul iuncta perficiantur: Nam dum continuata digeſtione craſſeſcũt & pingueſcunt, tandẽ figuntur ambo perpetua coagulatione, vt nunquam amplius ſeparentur, etſi fuſa & liquida in igne permaneant. Et hoc ſignũ vltimum eſt quo denotatur materia noſtra, ſeu Mercurius Philoſophorum. Primum quidem eſt, vt dixi vt duplex ſit nomine materia eiuſdem & vnius generis & radicis. Secundum ſignum eſt, vt materia ſit mineralis & radicis metallicæ. Tertium ſignum eſt, vt materia ſit fuſionis facillimæ, & habeat partes volatiles & fixas. Quartum ſignum eſt, vt partes volatiles & fixæ ſeparatæ, & ſimul iunctæ, putrefiant ſimul, & in putrefactione perficiantur. Quintum ſignum eſt, vt dum coquuntur & putreſcunt, infinitis coloribus tingantur, & in primis nigro, deinde albo, vltimò rubeo, quem colorem dum attigerit nunquam amplius mutetur. Sextum ſignum eſt, dum hæc materia colorem albiſſimum attigerit metalla imper-

Notæ & ſigna Mercurij Philoſopho phorum.

fecta mutet in verum & optimum argentum. Septimũ signum est, dum hæc materia calorem rubeum immutabilem coctione sua pertigerit, vt metalla omnia in verum aurum permutet. Et hæc vera verissima sunt signa, & veræ notæ quibus insignitur, & notatur fons Chymicorum. Sunt & multa alia signa quibus dignosci potest fons Chymicorum, sed hæc sunt præcipua & notabiliora, quibus adhuc addi potest, vt spiritus eius & pars volatilis sit acidissimi saporis & penetrantis & subtilis admodum substantiæ etsi ponticæ qualitatis.

AN FONS CHYMICORUM, *vt perficiatur indigeat auro vulgari & argento.*

CAPVT XIV.

Aurum quo perficitur fons Chymicorum, quale aurum sit.

OMnes fere Philosophi Spagyrici asserunt fontem Chymicorũ, seu Mercurium Philosophorum perfici non posse sinè auro, vel argento: sed aurum illud, non est aurum vulgi, nec argentum illud, est argentum vulgi; sed est quid aliud, à fonte ipso non alienum nec extrinsecum; imò est aurum & argentum in ipsis visceribus ipsius fontis enatum,

Et est pars fixa ipsius fontis, quæ cùm in duplici sit differentia, rubea & alba; rubea quæ est, aurum est Philosophorum; & quæ alba est, argentum est eorundem: verissimum est sinè auro illo & argento, fontem Chymicum perfici non posse; est enim pars præcipua illius fixa & permanens, quæ aliam partem fugientem & volatilem, fixam, & permanentem reddere & efficere debet. Hæc est illa pars, de qua dicitur; si fixum soluas, faciásque volare solutum, & volucrem figas, faciam te viuere tutum: hoc enim aurum est quod solui debet, & in spiritum, per spiritum suum adduci. Quis credet aurum vulgi posse solui per spiritum suum, & in spiritum per eundem spiritum adduci posse? eadem omnino dicuntur & enarrantur de argento, fonte Chymicorum intrinseco & innato. Quid autem sint in fonte ipso, aurum istud & argentum, qui anatomiã callẽt ipsius fontis, certissimè sciunt; nam purus Solis cœlestis spiritus, cũ humido elementorum coniunctus & vnitus, calore suo figit & coagulat humidum illud, in quamdam salis speciem, quæ cùm calore illo cœlesti turgeat & lumine, qualitates illius caloris & luminis sibi vendicat, & patris similis vult videri, vnde aurum dicitur à Philosophis; cùm tamen in rei essentia sit sal, salísque naturam redoleat. Idem de argento dici potest, nam quod est argentum in ipso fonte, non est

Aurum Philosophorum qua via in fonte Chymicorum.

Aurum & argẽ-

tum quę in fonte Chymicorum sunt, sal est.

verum argentum, sed est Sal in ipso fonte contentum, quod quidem sal, cum habeat virtutem argenti & facultatem, dicitur argentum, vnicum tamen, & idem est sal in ipso fonte, nec datur duplex: vnum quod dicatur Sol & aurum; aliud verò quod dicatur argentum. Sed vnum & idem diuerso respectu dicitur aurũ & argentum. Sal enim illud cùm sextum habet perfectionis gradum & ad albedinem summam est conductum, tunc temporis dicitur argentum: cùm verò idem ipsum sal, septimum & vltimum habet perfectionis gradum, & vltimum coctionis suæ terminum attigerit, tunc dicitur aurum: Sinè auro isto, & argento verissimum est fontem Chymicorum perfectionem obtinere non posse.

Aurum vulgi ad quid fōti nostro necessarium.

De auro autem vulgi nullo pacto hoc est censendum, quia quamuis in fermentatione lapidis nostri, sit necessarium vt determinetur lapis ad perfectionem metallorum: non tamen determinat perfectionem lapidis; imò contrà lapis noster terminat ac perficit aurum vulgi; sinè ipso enim lapide, aurum vulgi mortuum omnino est, ac sterile & infœcundum; cum lapide verò connexum, fit viuum ac fœcundũ, communicans suas perfectiones & dotes: vnde perficitur aurum vulgi ab ipso lapide, non è contra, ab auro perficitur lapis.

Sunt multi qui multum soliciti sunt

circa auri vulgi solutionem & coagulationem:hoc omne inutile & omnino vanum:non quærenda est hæc auri solutio, sed alia quæ verè naturalis est,quæ ex partibus sui ipsius, & eiusdem substantiæ celebratur:nam soluens & soluendum sunt eiusdem substantiæ, & perinde radicaliter vniuntur,& verè naturaliter inter se vniuntur. Hæc vera solutio naturalis totis animi viribus est inuestiganda, & ea aurũ & argentum soluendum est quæ quamuis tria videantur, nempe aqua soluens, aurum & argentum soluendum, tamen vnum & idem sunt & vnica clauduntur essentia. Qui hoc mysterium viderunt facillimè credunt; qui verò non viderunt, Chimæram Chymicam existimant. Sed propter eorum incredulitatem auferendam, non dabimus his asinis nostras lactucas comedendas, cùm illis sufficiant cardui. Non sunt claues nostri secreti omnibus tradendæ, Deus solus communicare debet & tradere, quibus animam fidelem nouit: Quadraginta sunt iam anni quibus ego die noctúque assiduè semper laboraui,nihilominus, tanti secreti compos non fui factus,nisi post annum quinquagesimum ætatis meæ, post vota multa, orationes, & ieiunia. Si quis ergo ad hæc secreta anhelet,laboret oret, & legat, optimos huiusce scientiæ authores,& potissimum Deo seruiat.purissima mente:sic fiet voti compos;nisi enim hoc secretum

Solutio Chymica qualis.

Deus reuelet, non existimo posse alioquin consequi, nisi ab amico reueletur, qui coram illo cui tantùm secreti pandere vult, operetur: nam verbis & scriptis tradi nō potest, sinè multis erroribus, tum in ipsa materia præparanda, tum in igne adhibendo, tum in fornace construenda, tum in vase, in quo percoquenda est materia, tum in pondere adhibendo.

Qui hæc optimè omnia non calluerit certissimè errabit. Sed redeamus ad fontem nostrum, quo perficiendo, non est opus auro vulgi nec argento, sed solùm auro & argento quæ fonti nostro, vti diximus, intrinseca sunt & innata: hæc quidem metalla illi coniungenda sunt, cum his metallis coquitur digeritur, ac tandem continuata perenni digestione perficitur: vltimò cum auro vulgi connectitur & permiscetur, non vt perficiatur ab auro, sed vt aurum perficiatur ab ipso lapide nostro: Aurum siquidem natura fecit mortuum & infœcundum & inde imperfectum & mancum, cum vero lapide nostro, seu fonte Chymicorum ad vltimum perfectionis gradum decocto, perfectum redditur, & fœcundum & viuum, ita vt procreet sibi simile & propaget progeniem suam in infinitum, quod est vltimus perfectionis naturæ gradus, & vitæ signum.

Aurum vulgi mortuū, qua via viuū fiat

QVO PONDERE AVRI sui & argenti indigeat Fons Chymicorum vt perficiatur.

CAPVT XV.

NAtura nullum pondus habet in metallis fabricandis, cur enim haberet, cùm non nisi vnicam & solam materiam habeat circa quam operatur & laborat? dum non est diuersa materia, sed vnica tantùm & sola substantia, de pondere non est disquirendum, At cùm est duplex materia, etsi sit eiusdem substantiæ & naturæ, tunc pondus inibi est disquirendum. In fonte enim nostro constituendo, duplex datur naturalis materia; vna pro masculo habetur; altera, pro fœmina: hæc ambo coniunguntur, & ex coniunctione masculi huius & puellæ virginis nascitur semen, seu fons noster; ibi tunc temporis in matrimonio celebrando, pondus est considerandum; ex qualicumque enim pondere non oritur semẽ, seu fons prolificus, sed ex certo ac determinato pondere. Itaque par pondus vtriusque materiæ in nostro primo matrimonio celebrando est adhibendum; in secundo autem matrimonio, dum pars

An natura pondus obseruet in auro faciendo.

Pondus est considerandum in fonte Chymicorum faciẽdo.

volatilis parti fixæ, & permanenti cõiungitur, pondus etiam est perpendendum; nam pars fixa necesse est vt dissoluatur, & diluatur, & aqua fiat à parte volatili: ideò maior esse debet in quantitate pars volatilis, quàm ipsa pars, fixa, Aliqui Chymicorum ponunt decem partes aquæ super vnam corporis fixi, alij septem, alij quatuor, super vnam partem fixam, ibi variatur pondus, modò pars fixa dissoluatur, à parte volatili, hoc ego existimo verè sufficere; nam deinde per coctionem perennem & continuam coagulatur pars volatilis à parte fixa, si sit maxima quantitas partis volatilis, retardatur coagulatio: vnde his qui non sciunt perfectionem & naturam huiusce rei cõtingit desperatio; cùm non videant coagulationem intrà legitimum & determinatum à Philosophis tempus. Ego tamen non obseruaui pondus, sed materias coniunxi & maxima quantitate partis volatilis partem fixam dissolui, & deinde in balneo Mariæ, aut leuissimo cinerum calore superfluam volatilis materiæ partem extraxi, donec tenacem vidi materiam, viscosam, & valde nigram; tunc temporis vas repagulo satis firmo obsignaui, & tempori ad coquendum tradidi, benedixítque Deus, & incremẽtum dedit. Est etiam adhuc aliud pondus obseruandum in multiplicatione operis perfecti & absoluti peragenda: nam opus album & rubeum perpotandum est, &

Quale pondus obseruãdum in solutione.

Aliud pondus in multiplicatione.

& irrigandum suo spiritu, seu fonte nostro crudo, sed puro, & septies distillato, ibi pondus est obseruandum ne elixir submergatur; parcè admodum irrigandũ, vt materia cooperiatur tantùm gladij spissitudine, quod multoties est operandum, donec lapis sat biberit aquæ suæ, & perfectissimæ sit albedinis vel rubedinis completæ, & saturati coloris immutabilis, & facillimæ fusionis, quæ illi contingit ex copia humidi sui perfectè cocti & fixi facti.

Mercurij crudi pondus in multiplicatione.

Hæc pondera his omnibus in casibus sunt Chymicis pernotanda: & hoc in casu non imitamur naturam; natura siquidem inuisibiliter coniungit partem volatilem, parti suæ fixæ; obseruat tamen pondus certum & determinatum, sed inuisibili modo hoc peragit; sagax enim est natura, ac summopere prudens, omnia numero, pondere & mensura producit. Et ego existimo idem pondus obseruare naturam etsi pondera & lances non habeat visibiles, ipsamet est sibi pondus & sibi lanx, assumit tantùm quod illi necessũ est, reliquum reijcit ad alia opera perficienda; nihil enim illi inutile est, ac superuacuum, quod vni non potest inseruire operi, alij reseruat tanquam omnino necessarium & perutile. Et hæc sufficiant de ponderibus obseruandis in fonte Chymicorum perficiendo.

In ponderibus obseruādis ars non imitatur naturā.

Natura sibi pondus est.

CONCLVSIO TOTIVS huius Operis,

CAPVT VLTIMVM.

Humidum radicale est naturę principium.

HVmidum radicale rerum omnium, solum, & vnicum naturæ principiũ, quo natura vtitur ad res omnes producẽdas, iam tractauimus, fontes naturales, quibus tota terra irrigatur, tractando, ac describendo: sicut enim natura agit in particulari aliquo mixto producendo, humidum suum progignendo, quo vniuersæ & singulæ mixti partes irrigantur, & fotu tali conseruantur & nutriuntur: Sic in mundo vniuerso, natura similiter producit humidum quoddam, quo vniuersæ & singulæ mundi partes nutriuntur & conseruantur; hoc humidum fons est totius vniuersi, vbique locorum est, & nulla mundi pars eo carere potest, cùm vbique in omnibus rebus, humidum illud necessarium sit, & ita necessarium vt absque illo conseruari non possint: hoc humidum, seu fons vniuersalis, verus est Philosophorum lapis, de quo verissimè dicunt vbique reperiri, & neminem sinè ipso viuere posse: hic est fons, quo omnia creata indigent, vt subsistant: hic est verus fons, ex quo omnes fontes, qui

Philosophorũ lapis.

ſuper terram, & in ipſis terræ viſceribus ſcaturiunt, ortum habent; lumen cœleſte & creatum à ſupremo rerum creatore, & elementa, componunt & faciunt ipſum fontem, à quo deinde cætera fiunt omnia in rerum vniuerſali ſerie. Non hîc repetendum quomodo elementa & lumen illud cœleſte à Deo creatum componant ipſũ fontem, quia id ipſum ſuperiùs multis in locis huius Operis dictitatum eſt. Sufficiat Lectoribus, hunc vnũ fontem ſcire ac cognoſcere pernecesſarium eſſe, vt tota & vniuerſalis rerum ſeries pernoſcatur, & ſingula etiam pernoſcantur; hoc noto fonte, cæteri omnes fontes cognoſcuntur. Encyclopædia vera emergit in omnibus qui hunc epotarunt fontem, nullis alijs in libris eſt laborandum, nullis alijs in Vniuerſitatibus eſt ſtudẽdum, quã in ſolo hoc fonte. Heliconis veri, verus hic eſt fons, quo epoto euadimus in viros doctos doctrinâ rerum omnium. Quid ergo mirum ſi tanta diximus eáque mira, & ſtupenda de fonte iſto, cùm ſit verum & vnicum totius naturæ fundamentum, ſinè quo perſiſtere non poteſt, nec vllas ex ſe ipſa promere virtutes? eſt enim vera anima ipſius naturæ, ſinè qua mortua iacet & verè non eſt. Faceſſant omnes qui in Alchymiam declamitant, qui eam inutilem, imò nocuam hominibus aſſerunt: cùm fons hic à Chymia ſola detegatur, cuius tanta eſt vtilitas, vt ig-

Quid fontem Chymicorum componat.

Encyclopædia ab ipſo Chymicorum fõte dependet.

Laudes Alchymiæ.

noto ipſo non detur inter homines vera ſcientia; cùm ſcientia ſit notitia rerum per cauſas; cauſis autem hiſce ignotis nō poteſt dari vera, nec vlla ſcientiæ ſcintilla: fons autem hic, eſt vera cauſa rerum omnium, vt patefactum eſt toto hoc Opere. Indagandus eſt ergo hic fons, vt res omnes pernoſcantur, & vera rerum omnium habeatur ſcientia. Vos Chymiæ candidati, & alumni nihil aliud curate, quàm fontem hunc: hic fons totam Chymiam complectitur, totam Chymiam perficit, & errores omnes qui circa eam tractandam contingere poſſunt, corrigit: nihil aliud opus habent Chymici præter hunc fontem; non ignis, non fornax, non vaſa illis neceſſaria ſunt; fons hic ignis illis eſt, fornax, & vas verum & phyſicum, in quo ſulphura & tincturæ veræ Phyſicorum decoquuntur. Infinita alia multa dici poſſent, & nullus eſſet dicendi finis in oratione ipſius fontis. Sufficiat Chymicis habito fonte, totam naturam, totam phyſicam, totámque Chymiam poſſidere, nullóque alio indigere, vt votis ſuis frui queant, & deſideriorum omnium ſuorum compotes omnino fiant.

Ex fonte Chymico habetur rerum omniū ſcientia.

Habito fonte Chymicorum nullo alio indigent Chymici.

Laus & gloria æterna ſit
Deo trino.



INDEX VNIVERSALIS totius Operis, in quo patefiunt omnia, quæ in hoc Opere continentur.



Elementa

E.

F.

S

G.

H.

I.

L.

M.



Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & Priuilege du Roy, il est permis à PIERRE BOSC Marchand Libraire Iuré en l'Vniuersité de Tolose, d'imprimer vn liure intitulé, *Hydrographum Spagyricum*, P. IOANNIS FABRI, *Doctoris Medici Monspeliensis, & alia eiusdem Opera Chimica, & Medica*, & ce pendant le temps & espace de sept annees consecutiues; Auec defenses à tous Imprimeurs & Libraires, d'imprimer, ou faire imprimer ledit liure, ny partie d'iceluy, à peine de confiscation desdits liures & de l'amende, portee par ledit Priuilege. Donné à Paris le dernier Ianuier 1639. Par le Roy en son Conseil.

CEBERET.

Acheué d'imprimer le present Hydrographum Spagyricum, *le* 15. *Sept.* 1639.